R
3528

Doublette.

R
E. 1573.a

4/4124

R XIV 1573a

4-XIV. A
4124.
i 20403501

Dk. 228c.

1 r

Baptiste Mantuani bucolica seu adolescentia in decē æglogas diuisa. Ab Iodoco Badio Ascensio familiariter exposita, cum indice dictionum

Carmen eiusdem de sancto Ioanne Baptista
Dialogus eiusdem de uita beata
Hermanni Buschij oda dē contemnendo mundo
& amanda sola uirtute & scientia.

IN ÆGLOGAS MANTVANI DECATOSTICHON omnium earum argumenta complectens Ioannis Gallinarij Budorini.

Perlege Mantoi ruralia carmina uatis
Perlege pastoreos lector amice iocos
Non hic lasciuum Corydonis laudat Alexim
Pagina nocturnos nec docet ista dolos
Fœmineas artes, fastus, conuicia, fraudes
Exprobat, & Paphiæ furta facesq; deæ
Q; tenuis sanctæ sit honos & cura poesis
Et scurras gratos regibus esse dolet
Increpat urbanos uario discrimine mores
Cætera de sacra religione canunt

Bibl. Academ. Dorpatens.

Tubingæ 1511.

DICTIOMVM

¶A

Abdua 64.62
apex 51
acer 10
acta 34
acteon 10
adorare 37
adria 63
Ægeriæ 42
Ænobarbus 32
Æolus 52
Esopus 32
Æstimo 14
ahenum 11
alea iacta 48
alga 64
alius 26
alkimia 40
alcides 25
alma 9
alter 26
ambages 3.11
amens 6
amita 69
amyntas 8
amicus 19
amor 15
amphrisius 45
ab amaro que 3
anas 51
angina 54
annosus 56
ante 15
antemna 50
antiquus 1
aones 32
apella 14
Apollo 45.64
appendix 9
arx eodem
adulator 24
athenas 42
Alauda 44
aditus 48
artos 50
araris 23
argo 64
arma 33
arnicolæ 57
artocopi 41.39
artocreas 50
asphaltus 66
astrea 56
astronomi 42
astu 40
athesis 62
athos 27
atrides 26
attica lingua 23
auarus 41
aucupium 42
auerto & auertor 18
Auersor eodem
auis Iunonis 29
aureolum 11
auster 3

¶B

Bacca 32
baccatus 59
bacchus 58
bacchi nomina 7
bacillus 32
balare 62
Baldus 13
baleares 42
ballo eodem
baratrum 48
bardocucullus 44
bardus eodem
batrachos 64
belides 25
benacus 9
biblis 25
Bifida 28
bilis 45.69
bimestris 23
bruma 30.54
boare 62
bombyces 32
bombycina eodem
boreas 36.65
bustum 17
buxus 10
briseis 25
brucus 54

¶C

Cacabus 62
cadus 51
caduceus 31
calces 10
calypso 19
campe 54
candidus 61
cantharus 49
capreolus 59
carbo 13
carex 58
cardiacus dolor eodē
cafa 14
cassiepea 52
cassis 22
castor 26
catones duo 13
catus 4
caula 20.45
causari 7
cecias 27
cœnaculum 28
centauri 56
cercopithecos 40
ceraunia 23
ceres 52
cicendula 7
cicones 25
Cicuta 36

INDEX

ciet 21
cymbia 29.62
capella 53
cardo 15
cymex 50
circus 33
cythara 31
Codrus 33
cogo 23
compilo 43
compita 7
concieo 3
congessit 21
cordum 37
corylus 55
cosmas medices 15
cosmos 32
cuculius 44
cura 2.17
carybdis 18
chlamys tyria 32
clitumnus 67
cloacæ 50
cryseis 26
crocodilus 27
crumena 52

¶D

Deducere 50
deglabrat 28
deianira 25
demens quis 37
dentale 7
depromere 21
deucalion 43
dianæ nomina 3
dissimulare 22
discrimen 14
dibapha 32
Domitius eodem
dies genialis 7
dorcas 68
Dryas 52
dryades 17
diuus 14

¶E

Ebosus 42
œnophilus 7
œnophorum eodem
ædibus 6
Esopi patina 32
elysius campus 17
epicędion eodem
epicurus 13
epithalamium 3
epithaphium 17
ærarium 32
erebus 48
eremus 70
ænobarbus 32
Eridanus 23.8
erinnys 20
eriphile 25
Æolus 52
æs 32
euentus 16
euridice 26
eurotas 65
examen 54
excubiæ 17
exossare 2
enucleare eodem
extare 67
extemplo 49
extimo 14
œstrum 9

¶F

Facio 45
facula 42
farrago 32
fartores 39
fasces eodem
Fascinat 3
fastidia 28
fatum 11
faustus 1
faxo 31
fera 22
feralis eodem
fert 5
fides 36
fiscella 2
fistulicen 44
fœniseca 39
fœtus 54
frigidus 21
fines 42
formica 69.30
fortuna 37
fortunatus 1
fucus 54
fuscus 67
fulica 26.52
frons 6

¶G

Genialis dies 7
galbula 52
galerus 61
galla 3
galathea 22
ganea 24.34
garganus 51
gener 7
genethliacus 30
genius 41
gesta 39
gynecæum 56
gurges 69
grando 14

¶H

Hamadryades 48
Hęrculus 14

DICTIONVM

Harpyiæ 28
hebrus 20
Hecuba 45
hedera 20
Helena 25
Hercules 31
Herculis nodus eodē
Herculi uiæ in solitudi
ne ostensę 47
hernica 24
hiaccho 7
hic 47
hyęna 27
hyems 36
hydra 18
hilaro 9
hymen 3
hymenæus eodem
Hippolytus 25
hyppodame eodem
hyppodamia eodē
hippos eodem
hispidus 50
humidus 65

¶I

Iampridem 33
iberus 31
ida 45
ignis z
illætabilis 9
immaturum 20
incalluit 14
incestare 28
inconsultus 15
iure consultus eodē
improbus 58
indigenæ 52
infestus 9
insomnis 19
instar 5
instita 11
Indiga 30
Iordanis 66
ira eodem
irretire 40
iste 3
iudæus 14
iurgia eodem
inuidia 13

¶L

Lamia 54
lampyrides 7
lanīj 39
lappa 54
latus clauus 5
lauerna 51
lauinia 25
lena 24
leuitas 22
lyo 29
lanicium 30
laruæ 54
lemures eodem
liuentia 13
leo cœlestis 56
lepus eodem
liber 48
libetrides 23.52
lybs 34
lycaon 43
lyeus 7
ligo 39
limbus 11
limphaticus 6
limpidus 67
linter 9
liquitur 8
liuor 13
lixa 39
lolium 43
Lucius Domitius 33
ludere 9
Lucillus 31
luna 63
lupa 34
lupanar eodem
luscinia 3
luscus eodem
lustra 50

¶M

Macra 64
magalia 22
maga 24
manica 3
mantes 50
mantous 39
manubria 34
mapalia 15.30
mariscæ 54
marius 13
matertera 69
matronę Herculi
uisæ 47
medea 25
medusa 27
maturus 20
m.lampodion 50
meditor 23
melampus 50
melote 37
memini cum quo 33
mercor 52
Mercurīj insignia 32
micare z
mydas 35
miles 9.14
milium 54
miluus 52
mimus 35
mintius 9.62
myrrha 25
myrmix 64
Modus 24

INDEX

molorchus 56
morbus regius 16
mortis genera 15
Moses 45
mugire 62
mulcta 7
mulctra 62.29
mulierum incommo-
da 23
mundum 32
murex 39.5

¶N

Naiades 29
napeæ 48,17
Narcissus 10
nauci 50
neæra 36
nepa 69
nereides 17
Nero 33
noctua 42
nugæ 34
nugari 22
nursa 51
nitedula 9
noster 8
nil 24
neue 30
nomius 45
nimphæ 51

¶O

Oiterum 15
obba 9.58
ociosus 65
obductum 22
odit 24
œnophilus 7
œnophorum eodem
œstrum 9.54
Ogdoas 56
olympus 29
omaso 39
omen 8
omisit 67
omissa 8
onocrotalus 52
operor 45
opera 54
orare 37
orcus 18
oreades 17.48.52
orexis z
orgia 10
orpheus 63
os oris z
ossa 23
oros 52

¶P

Padus 8.23.64
pampinus 23
pan 53
pannosus 13
papyrus 50
parce 34
Paris 45
parnasus 20.65
parthenope 10
pasiphae 25
pastillum 50
perniciter 9
peculia 55
piacula eodem
paranymphus 57
pastinum 39
pastu 3
patina Esopi 32
patulum 7
paupertas 4
pauperies eodem
pecunia 34
pedepressim 43
Pedica 3
pedum 58.61
penates 39
penula 30
perna 4
pero 61
perseus 27
pessum 42
peta 3
petaso 4.54
petulcus 35
pignora 39
pila eodem
pileolus 31
pilo 43
Pyramis 37
Pyrrhus 32
pyrrha 43
phœnicia 65
polenta 36
polymnia 23
pollux 26
popina 51
populus 48
populor 23
post 15
potidea 51
posthabitis 15
potuum diuersitas 58
puls 43
phagi 51
phedra 25
philomela 3
philtra 19
phineus 28
phorcynides eodem
phlegeton 3.17
pręcordia 28
præcox 20
prima lux 8
primus dies eodem
propago 66

DICTIONVM INDEX

Proserpina 26
prospicere 10
prostituere 39
propter 9

¶Q

Q 11

¶R

Rabula 42
Rebecca 25
resipiscere 15
rimula 28
rima 4
rhodopen 23
rostrum 3
romphea 27
rulla 7
ruminare 1
reor 13

¶S

Salax 24
sarmenta 68
satanas 11
sarcinula 49
securis 39
secundo 30
segnis 34
semiramis 25
sentes 5.54
septenarius numer⁹ 44
sepulchrum leue 17
seco 22
sopito 29
solymos 64
seres 32
serica eodem
serræ inuentio 34
serus 8
setosus 52
simulare 22
Sina 51
sion 27
syrenes 10
syrtes 3
soliuagus 18
solstitia duo 50
sonipes 42
soracte 51
sortiri digitis 2
super 3
supra eodem
supinum primum 22
supinum ultimum 2
succidum 54
susurrus 59
surculus 17
scylla 18
scindo 9
scomma 39
specimen 20
spelæa 48.51
spinetum 61
squarrosus 32
stiria 65.36
stiua 7
styx 48.20
striat 28
strix 54
stimulus 39
studium inane 9

¶T

Thalassio 3
tantalus 6
tyranni 13
tabuit 21
tenus 6
tarpeia 25
teges 58
tempe 23
tentare 28
tethys 52
Tetricus 13
tyberis 23
tibia 7
tibicen 44
tindaris 25
tonius 7
tmesis 8
turgidus 3
triuialia 36
triuia 3

¶V

Vter 7
vates 30
vecors 40. 21
ventriculus multicolor
folio 7
vertex 14
veru 60
vesperus 57
vesperugo eodem
vindemia 42
vimen 2
vineta 7
vipera 69
vt 10
vir bonus 42
virus 28
vitis 39
vitta 48
villa 54
vitis quæ potior 67
victus 30
vt 35
vligo 65
vlua 50
vtris 7
vuidum 60
vrna 17
viden 7

¶X

Xerxes 27

BAPTISTA MANTVANVS CARMELITA
Paridi Ceresario, S. P. D.

¶ Audi o Pari enigma perplexũ, q̃d œdipodes ipse nõ solueret. Ego quin quagenarius & iã canescẽs adolescentiã meã repperi, & habeo adolescentiã simul et senectã, Sed ne lõga ambage te tencã, nodũ hunc dissoluo. Anno p̃terito cũ Florentia rediẽs Bononiã peruenissem, intellexi apud quendã literatiũ uirũ esse quendã libellũ meũ quẽ olim ante religionẽ, dũ in gymnasio Paduano philosophari inciperẽ, ludẽs excuderã, & ab illa ætate adolescẽtiam uocauerã. Carmẽ est bucolicũ in octo æglogas diuisũ, q̃d iamdiu tanq̃ abortiuũ putabã abolitũ. Vbi id rescisci saturnina fame repente sũ percitus, & cogitaui q̃ nã pacto possem proli meę inferre perniciẽ. Iuuantibus ergo amicis libellũ mihi uendicaui ut perderẽ, quẽ suspicabar erratis nõ posse nõ scatere. Atubi intellexi & alia quędã exẽplaria supereſſe, uisũ est p̃stare hoc q̃d uendicarã emẽdare, emendatũq; edere, ut eius editione cętera q̃ continẽt multa nimis iuuenilia deleanť. Hoc igitur sic castigatũ duabus alijs ęglogis, quas in religione lusi in calce subiũctis, tibi o Pari iuuenis antiquę nobilitatis & studiorũ ac oĩm bonarũ artiũ amantissime, nostręq; urbis decus egregiũ libentissime dono, ut q̃n tetricis illis philosop̃nię ac theologię lucubratiõibus qb⁹ assidue uacas, fatigatus fueris, habeas iucundulã hãc lectiũculam, qua tanq̃ ludo quodã blandulo (sed liberali) lassũ legẽdo repareť ingeniũ. Omes autẽ penes q̃s immatura illa sunt exẽplaria q̃ dixi, rogatos uolo, ut si q̃d unq̃ fuit eis dulce meũ, cõfestim exurant, nec ullo pacto supereſſe permittãt, Accipe ergo Pari suauissime libellũ & auctorẽ & ambobus tanq̃ rebus tuis tuo deinceps utaris arbitrio. Vale, Kalendis Septembris, M.CCCCXCVIII.

IN THOMAM VVOLPHIVM IVNIOREM DECRETORVM doctorẽ, & Albertũ de Ratsamhusẽ germanicos amicitia cõiunctissimos Tetrastichon Baptistæ Mantuani

Fallor? an hi duo sunt? duo sunt, pluresq; duobus
Hi duo, & hi plures, sunt tamen unus homo
Corporibus duo, corde unus, quum uiribus addat
Vnio, tres, sic sunt tres, duo & unus homo

IN THOMAM VVOLPHIVM IVNIOREM .D. DOCTOrem, qui habebat Basiliscum mortuum iocus Baptistæ Mantuani

Hydra uenenoso lætalia uulnera morsu
Intulit, & solo noxia dente fuit
Natus in ardenti libyæ basiliscus harena
Vulnerat aspectu, luminibusq; necat
Ergo tuum tanto maius decus Hercule Thoma
Quanto oculos morsu longius ire potest
Vt minus est oculis missum uitabile uirus
Gloria sic maior Regulus hydra minor

IODOCVS BADIVS ASCENSIVS IOANNIS ALEXAN
dri optimi Andegauensiū bibliopolę ingenuis liberis Laodislao
& Clementi, suis ob paternā probitatē dilectissimis, S.P.D.

¶ Fratris Baptistę mantuani carmelitę extra inuidię aleam laudatissimi adolescentiā facili commentatione qua pastoralis stilus contentus est his diebus a nobis licet minus efflagitarat donatā, uobis adolescētes optimi propterea destinamus, ꝙ illius similimos fieri uos maximopere uelim, Est em uir ille ut disertissimus et ditissima uena p̄ditus, ita optimis institutis institutioni busq; p̄ter cęteros ornatus. Norit em ut est prudentissimus q̄ periculosū immo pernicioſum sit lasciua canere, proinde anxie canit ne quid diuo Paulo indignum emittat, quippe qui rectissime a Catullo catullicq; similibus dissentit, Legeris ergo sine periculo castitatis hanc adolescētiā quam in decē ęglogas ad imitationē (ni fallor) cōpatriotæ sui Virgilij Maronis diuisit, Quarum ultimas duas in religione cōposuit, cęteras nondū eam professus, ita vt illic maiorem grauitatem, hic plures sales inueniatis, Vtrobiq; aūt urbanitatis cītra superefluentiam plurimum, nam pastorale decorum sermonisq; bucolici tenuitatem audeam hic quam in Marone anxius obseruata dicere, Dramaticum est in omnibus genus, nam nusquam loquitur auctor nisi pastoralem assumpserit personam. quam interdum sub nomine Candidi assumit, nec ab re, cādida enim diuę uirginis chlamyde insignitus, candidissimū conspicitur habere animum, quia liuoris expertem, quod ex ea re cōiectura consequor, ꝙ neminem ledere, neminiq; inuidere in tota poesi deprehendit. Verum hęc alias, Qualitas igitur carminis est hexametra bucolica, stil⁹ gracilis bucolicę congruens. Personę fere ex argumento nomen sortiuntur, ut in singulis aperiam. Intentio maiorem imitando ingenui sui periculum facere, & nunc ad honestum amorem si cui coniugium placet cohortari, Nunc ab inhonestis nunc a pernicioſis, nunc a mulierū illecebris, nūc ab auaritia, nūc a cęteris urbanorum uitiis dehortari, Nunc rursus ad religionem, & ad diuę uirginis præconia, illiusq; nomini dicatæ religionis priscam obseruationem cohortari, quæ decem æglogarum præcipua farrago est. Vita auctoris celeberrima est, quia tamen uiuit adhuc deum precamini hunc ut fata uirum nobis studiisq; piorum incolumem seruent, Tantum uos admonitos uolui, Valete & ad ista præclara ut occepistis studia incumbite, parentes colite, & me si merui redamate, Ex celeberrimo Parrhisiorum gymnasio sexto kalēdas Apriles, Anno M.D.II.

VERSICVLVS BAPTISTÆ MANTVANI APVD SA
cramentum eucharistiæ Mantuæ incisus.

Flecte genu, lapis hic uenerabilis hospite christo

FAVSTVS AEGLOGA PRIMA BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE

theologi adolescentia in æglogas decem diuisa,
ad Paridem Cæresarium

AEGLOGA PRIMA DE HONESTO AMORE, et fœlici eius exitu.

Collocutores Faustus & Fortunatus

Nomen æglogę Faustus

Auste p̄cor gelida quādo pecus oīme sub umbra
Ruminat, antiquos paulū recitemus amores
Ne si forte sopor nos occupet, ulla ferarum
Quę modo per segetes tacite insidiantur adultas
Seuiat in pecudes, melior uigilantia somno

IODOCI BADII ASCENSII BVCOLICORVM BAPTISTÆ
Mantuani Carmelitæ theologi, poetęq; clarissimi, familiares elucidatiunculæ

¶ Fauste precor &c. Hæc prima ægloga de honesto amore fœlicisq; eius exitu inscribitur non sine ratione, nam licet nondū religionē professus hęc ueluti ingenij sui prędudia cōposuerat, ad poesim haud dubie nat⁹ auctor, tamen quia ne tunc quidē quicq; inhonestum aut cōcipere aut edere uoluisset, & nūc cum recognosceret si offēdisset nimirum reiecisset. Proinde ne si de amoribus titulū quispiā seuerius religiosus lectitās aufugeret, inscribit de amore honesto, q̄ reuera nihil est homine dignius. Hic aūt amor honestus describitur, quia affectione matrimoniali initus. Additur aūt de fœlici eius exitu, ut eos qui amare uolēt ad honestū amorē inuitet, quippe cuius fœlix est exitus. Nam de lubricis & inhonestis fere dicit a compatriota eius in cōsimili opere. Et quisqs amores Aut metuet dulces, aut experiret amaros. Personæ (ut in p̄ambulis dixim⁹) etiam hic ab officio & rebus denominātur Faustus & Fortunatus. Nam utrūq; in bonū sonat, ut Fortuna Fortunat⁹ te senex &c. Et O fortunatos nimiū bona si sua norint Agricolas. Et rursus Faustus O fortusiati quorū iam mœnia surgūt. Præterea. Fortunat⁹ et ille deos q̄ nouit agrestes. Faustus aūt si ad uocē alludere lubet uidetur q̄si statim aut fauore actus aut fauore stans. Ordo (quē non ubiq; quia opus nō erit repetemus) hic est. O Fauste quando. i. quādoquidē oīme pecus ruminat. i. remādit prius in uentrē immissa, sub umbra gelida. i. temperate frigida. Persi⁹

aũt dicit,& patula pecus oñe ſub ulmo eſt,Ego precor recitemꝰ amores antiquos.i.honeſtos quales erant antiquis.Vñ Phauorinꝰ apud Gelliũ li.i. ca.x.ad iuuenẽ nimis antique loquentẽ.Sed antiquitatẽ tibi placere ais ꝙ honeſta bona & ſobria & modeſta ſit.Viue ergo moribus p̃teritis,loque re uerbis p̃ntibus. Antiquũ etiã ſolet accipi pro charo,ꝙ amici & uina & cętera id genus ut quęcꝙ ueterrima ita chariſſima nobis eſſe ſoleant.Vnde Macro.in princi.ſaturnaliũ,Hinc eſt ꝙ mihi quocꝙ inſtitutione tua nihil an tiquius æſtimaũ &c.Verumtñ hic potiꝰ accepero pro honeſtis antiquis cõ gruentibus.Id aũt epitheton decenter addit,ꝙ ſine eo Seruius uelit amo res lubricos dici,nã qui honeſtatis & religionis eſt,numero unitatis efferri ſolet,uerumtñ amores etiã honeſtos dici docet Cice.offi.i.ſic dicẽs. Faciẽ honeſti uides,quę ſi oculis cerneret mirabiles amores(ut ait Plato)citaret ſapientiæ.Recitemus ergo amores antiquos,ne ſi forte ſopor.i.profundus ſomnus nos occupet uidelicet oſcitantes,ulla.i.quęuis ferarũ quę inſidiãtur modo tacite per ſegetes adultas.i,maturas,Seuiat in pecudes,quod docet Maro in culice,uigilãtia.ſ.eſt melior ſõno,Generale adagiũ q̃ ſñam firmat

Antiquus

Amor

Vlla

Hic locus,hæc eadem ſub qua requieſcimus arbor Fau.
Scit quibus ingemui curis,quibus ignibus arſi
Ante duos uel(ni memini male)quattuor annos
Sed tibi quando uacat,quando eſt iucunda relatu
Hiſtoriam prima repetens ab origine pandam
Hic ego dum ſequerer primis armenta ſub annis
Veſte ſolo ſtrata ſedi,iacuicꝙ ſupinus
Cum gemitu et lachrymis mea triſtia fata reuoluens
Nulla quies mihi dulcis erat,nullus labor,ægro
Pectore ſenſus iners,et mens torpore ſepulta
Vt ſtomachus languentis erat,quem nulla ciborum
Blandimenta mouent,quem nulla inuitat orexis
Carminis occiderat ſtudium,iam nulla ſonabat
Fiſtula diſparibus calamis,odioſus et arcus
Funda odioſa,canes odioſi,odioſa uolucrum
Præda,nucum calices cultro enucleare moleſtum
Texere fiſcellam iunco,uel uimine piſcem

Fallere,ſcrutari nidos,certare palæſtra
Sortiri digitis res iniucunda,uoluptas
Magna prius tanti dum mens erat inſcia morbi
Colligere agreſtes uuas & fraga peroſus

Hic locus.Sermo eſt(ut dixi)mere paſtoralis,& ita aptus ac propriꝰ. Scit quibus ingenui curis,teſtimonio rem firmat,& ad tela cupidinis allu dit,qui altera manu tela,altera geſtat flammas,vñ Maro Mantuanus.At regina graui iamdudũ ſaucia cura.Vulnꝰ alit uenis,& ceco carpitur igni. Nam uulnus telo fit,unde ſaucia curis dicta,nã cura ſecundũ Seruiũ dicit ꝙ cor urat,q̃ circa bene hic dicit ingemui.i,intus & in p̃cordijs, uel multũ ingemui curis,quia res eſt ſolliciti plena timoris amor. Quibꝰ ignib⁹.q.d. Cura efflragrantiſſimis aut cecis,ut ille.Et ceco carpit igni.Ignis aũt aliqñ amor dicit,ut Si quos aut Phyllidis ignes,aut Alconis habes laudes.Aliqñ ama tus,ut ad ſeſe offert ultro meus ignes amyntas,Vel ni memini male,q̃d fa Ignis ctum non cenſet,quia meminerunt oĩa ãmates.Q̃.i,qñquidẽ,iucunda re latu,i.dum referẽ & recenſeẽ,uel ut referaẽ,Eſt aũt poſterius ſupinũ,q̃d eo modo cũ noĩbus adiectiuis conſtrui docet Valla.Prima repetens ab origi ne,maronianũ eſt.Sub primis annis,quia primꝰ furorꝫ amorũ grauiſſimus eſt cũ inexpta excerceat pectora.Veſte ſolo.i.per terrã ſtrata.i.extẽſa.Di citur etiam ſolũ ſterni floribꝰ.Sedi.i,reſedi deſeſſus,dũ ſequerer.i,ſequi de berem.Iacuicꝙ ſupinus,q̃d amentis eſt.Senſus iners,i.ſine arte & induſtria. Mens erat ſepulta,i.hebetata torpore ex lãguore orto.Vt ſtomachus lãg uentis,quẽ.ſ.ſtomachũ,nulla inuitat orexis.i,nullus appetitus,aut nullꝰ uo mitus ſeu ructatio.Orexis em̃ grecum eſt ab ὀρέγομαι.i,appeto,& ὄρεξις,i. appetitus.Ex uomitu aũt appetitus naſcit,unde etiã apud Pli. in epiſtis pro Orexis uomitu accipit.Errant autẽ qui latine oris exitũ interp̃tantur,nam os oris primã producit,hoc aũt corripitur ut hic,& a Iuuenale ſatyra ſexta,Rabi dam facturus orexim,Et ſaty.xi.Hinc ſurgit orexis hinc ſtomacho bilis, Carminis occiderat ſtudiũ.Cõmemorat fere quæ paſtorẽ oblectare ſolẽt & primũ fiſtulam.De qua ænei.iij.de Polyphemo loquens ait Maro. Sola mencꝙ mali de collo fiſtula pẽdet.Diſparibus calamis,emphaticos.q.d. ne etiam artificioſiſſima ut eſt diſparibus calamis compacta,ut in bucolicis Maronis.Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis fiſtula.Etalibi.Aut unquam tibi fiſtula cæra Iuncta fuit?Nam ut alibi dicit Pan primus cala mos cæra coniungere plures,Inſtituit, Odioſus & arcus,plus eſt q̃ſi eius ſtudium occiderit.Id aũt paſtorale ſtudiũ eſt,unde illud,Et figere ceruos, etiam de uenatu intelligi poteſt,Funda odioſa,qua ſe pubes ruſtica ad fu turam militiam exercere ſolebat.Nucum calices ideſt teſtas.Enucleare,i. Enucleare nucleis euacuare & nucleos extrahere,ſicut exoſſare ideſt oſſa extrahere. Exoſſare

Fiscella Texere fiscellã.i,uas.uimineum,Maro in alexi.Quin tu aliquid potiº,q̃rũ nunc indiget usus.Viminibus mollicꝫ paras detexere iũco. Et in fine buc. Dum sedet & gracili fiscellã texit hibisco, Est aũt diminutm̃ a fiscina, de q̃ geor.i.Nũc facili rubea texatur fiscina uirga. Vel uimine.i.tenui pertica seu uirga,Scrutari nidos,Maro.Parta meę ueneri sũt munera,nãcꝫ notaui

Micare Ipse locum aeriæ q̃ congessere palumbes.Certare palęstra, cursu & lucta, Sortiri digitis,i.micare,qui italorũ est ludus, Erigit aũt micantium utercꝫ q̃t uult digitos,& diuinat quot sint ambobus erecti,& qui prior enunciat depositũ sortitur.Agrestes uuas, labrusças & fraga humi nascentia,Vir. Qui legitis flores & humi nascentia fraga

Mœrebam ut pastu rediens philomela cibumqꝫ
Ore ferens natis,uacuo sua pignora nido
Cum sublata uidet,rostro cadit esca remisso
Cum stupet,et contra nidos super arboris altæ
Fronde sedet plorans infœlices hymenæos
Cõparatio Seu ueluti amisso partu formosa iuuenca
Quæ postcꝫ latos altis mugitibus agros
Compleuit,residens pallenti sola sub umbra
Gramina non carpit,nec fluminis attrahit undam
Sed quid circuitu pario tibi tedia longo
Dum sequor ambages,et uerba et tempora perdo
Summa hęc,uitales auras inuitus agebam.
Quod si forte uolens cognoscere singula dicas For.
Fauste quis in syrtes auster te impegerat istas
Me mea,(Fortunate etenim tibi uera fatebor) Fau.
Me mea galla suo sic circumuenerat ore
Vt captam pedicis circundat aranea muscam
Nancꝫ erat ore rubens et pleno turgida uultu
Et quamuis oculo pene esset inutilis uno
Cum tamen illius faciem mirabar et annos
Dicebam triuiæ formam nihil esse dianæ

Mœrebam &c.Similitudinem affert qua res sit clarior,sed rustico non impertinentẽ,Pastu nomẽ est ut sit e pastu seu pastura.Nam posteriora sũt pina non ponunt periti cum uerbis de loco,quod tamen imperitorũ prẽce Pastu pit manus.Ore ferens,Vir.de apibus,Ore ferunt dulcẽ natis immitibus es cam.Philomela dicitur luscinia, ea aũt querula fingitur propter amissam Philomena liguam,ut in buco.Virgi.dici solet.Quas illi philomela dapes.Legunt aũt Luscinia alĩ philomela simplici l,quia melos primã corripit,ut sit a matrix dulcis cã tus.Nihil em̃ ea artificiosius canit,ut auctor est Plinius dicens. Est luscinĩs diebus ac noctibus cõtinuis quindecim cantus densante se frondiũ germi ne,Mira profecto res est cꝫ tanta uox in tantulo corpusculo sit, tã pertinax spiritus & musicæ perfectæ modulatus sonº,Cantant inter se et uicta mor te quiescit,prius uita q̃ cantu deficient,Audit discipulam attente & corrigit,propter hæc paria illis ac seruis precia erant. In ore Stesichori poetæ adhuc infantis cecinit &c. Alĩ uero philomena per n legunt,ut hic,Ore remisso,i.non amplius escam tenẽte,Negant aũt rostrũ dici nisi sit incuruũ, Sub arboris altæ fronde antiquę,ut Maro.Fronde super uiridi & gemina Rostrum super arbore sidunt.Nã nunc super frondem dicimus,Volunt prętereasu Super per dici ubi res contingit,supra ubi distantia est.Plorãs.i. conquerens. Hy Supra menæos.i.nuptias in quibus hymenęus a grẽcis inuocari solet,ut thalassio ab latinis,quod in epithalamĩs,i.carminibus nuptialibus uidere est,ut aũt docent Donatus & Seruius,Hymenæũ quidam liberi & Veneris filiũ dí- Hymenæº cunt esse qui primus certas nuptias instituerit,ideocꝫ per laudem cantari Epithala in uirginalibº nuptijs ob huiusmodi meritũ. Alĩ uirũ fortem atticum, qui mium. raptas prædonibus uirgines oppressis latronibus patriæ restituerit. Hinc etiam inquit Serui.apud romanos Thalassio inuocat̃,cum em̃ in raptu Sa Thalassio binarũ plebeius quidam raptã pulcherrimã duceret, ne ei auferet̃ ab illis thalassionis cuiusdam nobilis esse simulauit,cuius nomine fuit puellę tuta uirginitas.De qua re Liuius li.i.decados primæ certus est auctor, plura tñ & quędam his diuersa apud Plutarchũ legas,Alĩ inquit Dona.cꝫ hymen Hymen dicat̃ membrana quædam qua est munita uirginitas,quæ primo disrũpit̃ coitu hymenęũ dictum putãt.Alĩ hymnũ uocari uirginaliũ nuptiarũ,Er go sic accipe hymenęũ in nuptijs quẽadmodũ in funere uel in sacris hymnũ,Teren.in adel.Verũ hoc mihi mora est tibicina & hymenęũ qui canãt hæc ille.Hic aũt accipitur pro cõiunctione quasi nuptiali. Seu ueluti.Alia similitudo etiam rusticis congrua,Gramina nõ carpit,Sic Maro.Vlla necꝫ amnem libauit quadrupes nec graminis attigit herbam.Dum sequor am bages.i.ubios & lõgos uerborum circuitus & inuolucra,ab ambigo q̃d Ambages est circumago.Maro.Non hic te carmine ficto,Siue per ambages aut lon ga exorsa tenebo,Vitales auras,sic ęnei.i.Si uescitur aura ætherea,nec ad huc crudelibus occupat umbris. Quis auster,quinuis uentus importunus Maro.Date classibus austros.Est aũt meridionalis,tepore corrumpẽs,vñ Auster

Syrtes

amoribus quadrat,Maro.Heheu quid uolui misero mihi perditus ausit? Floribus & liquidis immisi fontibus apros,Corrumpentē obsonia docet Iuuen.Et properat uelut urgeat auster. Syrtes sunt loca arenosa habentia uada breuia, in quæ si inciderint naues euelli nequeunt, de quibus Maro ænei,i.In breuia & syrtes urget,Sunt aūt in Getulia,Idem ęnei.v.Hūc ego getulis agerem si syrtibus exul.Hinc metaphoricos aut allegoricos pro in extricabilibus amorū nexibus,nam qui amāt q̄d obtinere nequeūt, lupū auribus tenent,cū neq; tenere neq; dimittere compotes sint.Impegerat ab impingo,nam pango etiā pegi facit.Istas tuas & uiles,Pertinet em iste ad secundam personā & ad contemptū,Maro.Aut quid petis istis? Me mea galla,In Iuuena.etiā tenuis cliētis uxor.Galla mea est inqt. Profer galla caput &c.Suo ore,formositate oris.Pedicis laqueis & uinculis pedum, sicut manicæ sunt manuū uincula,Geor.i,Tum gruibus pedicas & retia ponere ceruis,Auritosq; sequi lepores tum figere damas. Et ænei.ij.Manicas atq; arcta leuari uincla iubet Priamus.Est etiam manica manuū & brachiorum tegimentum,Idem.Et tunicæ manicas,& habent redimicula mitrę Et pleno turgida multu,Teren.Stucci plena sed id urbanius, nam turgida ideſt inflata non suo pinguí,nō nisi rustico placeat ut lusca ideſt altero oculo capta,sed dicit pene,ut nō mere luscam sed petam ideſt tremulis oculis putes,nam & Venus peta dicitur.Dianæ triuiæ ideſt tris uias habentis in cœlo ubi luna dicit,in syluis ubi diana uenatrix,& apud inferos ubi Proserpina, quod fingitur,quia lunæ lumen nunc superis,nūc inferis,nunc nobis conspicitur,Legi posset ducebam ideſt iudicabā in animo meo, Nihil esse uidelicet ad hanc nostram

Iste

Galla

Pedica

Manica

Turgida

Peta

Triuia

Ludit amor sensus,oculos præstringit,& aufert For.
Libertatem animi,et mira nos fascinat arte
Credo aliquis dæmon subiens præcordia flammam
Concitet,et raptam tollat de cardine mentem
Nec deus(ut perhibent)amor est,sed amaror et error

Ludit amor.Interloquitur Fortunatus ne durior sit perpetuus tenor unius.Ludit,eludit,oculos prestringit, Vnde præstigię & prestigiatores qui Mercurium principem habent,Fascinat,illigat,quasi fasce quodā incantamento.Maro,Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.Aliquis dęmon,i.uafer spiritus. Præcordia,i,membranulas cor cingentes,in quibus sunt affectiones seu passiones animorum,Concitet a cōcieo frequentatiuū ideſt prouocet aut commoueat,De cardine,de stabilitate & firmitudine sua.Nec deus,Maro.Nūc scio quid sit amor, duris in cotib⁹ illum, Hismarus,aut rhodope,aut extremi garamātes,Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt,Amaror,amaricies,amaritas & amaritudo ab amaro dicuntur

Fascinat

Præcordia

Amaror

Adde q̄ optatis nec spes erat ulla potiri Faustus
Quamuis illa meo miserata faueret amori
Monstraretq; suis oculis ac nutibus ignes
Nam quocunq; isset,semper comes aspera,semper
Nupta sequebatur soror,et durissima mater
Sicq; repugnabant uotis contraria uota
Non secus ac muri catus,ille inuadere pernam
Nititur,hic rimas oculis obseruat acutis

Adde &c.Docet quomodo in syrtes incidisse probetur.Nō secus ideſt non aliter ac ideſt q̄,s.repugnat catus.i.feles animal reuera catū ,i. uafrum & callidū,& corripit catus primā,unde per t simplex scribitur.Hora.i. car & minū.Voce formasti catus & decorę.Verūtamen multi pro animali per t duplex scribendū putant,Perna a pede dicitur secundū Varronem,quasi Perna sit pes porcin⁹ cum carne præcipue priores pernas uocāt,posteriores uero Rima petasones.Rimas ideſt fissuras e quibus mus exiliat,

Catus

Rima

Qui satur est pleno laudat ieiunia uentre Fortu.
Et quem nulla premit sitis est sitientibus asper

Iterum interloquitur Fortunatus cuius dictū si ad durissimā matrē respicit,sensus est,matrē iam saturatam amoribus nō ignoscere filiæ amare incipienti, Si ad catum,illum inuidere muri aut sorici famelico cum satur sit,quia tunc præcipue uenatui intendit cum contra faciat canis

Tempus erat curua segetes incidere falce Faustus
Et late albebant flauentibus hordea culmis
Affuit(ut mos est)natis comitata duabus
Collectura parens,quæ præterit hordea messor
Ignorabat enim uel dissimulabat amorem
Dissimulasse puto,quoniam data munera natæ
Nouerat,exiguum leporem geminasq; palumbes
Pauperies inimica bonis est moribus,omne Fortuna.
Labitur in uitium,culpæ scelerumq; ministra est.
Farra legens ibat mea per uestigia uirgo Fau.

Nuda pedem, discincta sinum, spoliata lacertos
Vt decet æstatem, quæ solibus ardet iniquis
Tecta caput fronde intorta, quia sole perusta
Fusca fit, et uoto facies non seruit amantum
Iam tergo uicina meo, latericꝫ propinqua
Sponte mea delapsa manu frumenta legebat
Nec cælare suas nec uincere fœmina curas
Nec differre potest, tantum leuitatis in illa est
Quisquis amat leuis est, nec fœmina sola, sed ipsi For.
Quos sapere et præstare aliis mortalibus aiunt
Quos operit latus fulgenti murice clauus
Quos uidi elatos regali incedere passu
Tu quocꝫ sic affectus eras dementior illa
Forsitan et leuior uirgo data farra legebat
At tu farra dabas, dic quæ dementia maior
Perge, opus est uerbis aliquando arcere soporem

Tempus erat curua segetes incidere, græce & duriter ut rustico competit, Nam latine dicas tempus incidẽdi, auctoribus Seruio & Valla, Virgi. tamen ẽnei. ij, dixit. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros Collectu
Paupertas ta parẽs. Hic locus uidetur sumptus ex Ruth, Pauperies inimica bonis est moribus. Id rusticis uisum, quibus nondũ intellecta deorum munera. Paupertas, aut quia indigẽtem difficile est bene operari. Aut reuera, quia per paupertatem coguntur mulierculæ munera accipere, quę diuitibus essent respuenda. Omne labitur in uitiũ, Sic Comicus. Inopia & cognatorum negligẽtia coacta, Et post, ita ut ingeniũ est omniũ hominũ procliue ab labore ad libidinem. Est quidem hęc sententia rustico digna. Nam necꝫ paupertas uitium est, necꝫ in uitiũ impellit, si eam ferre nouerimus, quin mun⁹ deorum a Lucano recte dicitur, sed nondum intellectũ. Verũ quia procliues sumus ad libidinem, nostro non paupertatis uitio sæpe peccamus. Vnde prouerbi. xxx. Aut ægestate furer & periurem nomen domini. Et tamen idem dixit. Paupertas et honestas a deo sunt, Dicemus ergo paupertatem
Pauperies in spiritu sanctam, sed difficilem eius usum. Pauperies aũt proprie accipit pro paupertate, ut si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, Nuda pedem,

græcę & poeticę sũt locutiones. Maro ænei, i. Nuda genu nodoq; sinus col Latus
lecta fluentis. Sunt autẽ oratoribus uitandæ. Sponte mea. Sic & Booz ipsi Clauus
Ruth fieri præcepit. Latus clauus uestis est senatorum romanorum. Mu- Murex
rex conchilij genus, cuius sanguine fit purpureus color. Dic quæ dementia. In prosa potius dixero utra uel utrius

Continuo aspiciens ægre tulit aspera mater Faustus.
Et clamans, quo (dixit) abis? cur deseris agmen?
Galla ueni, namcꝫ hic alnos prope mitior umbra
Hic tremulas inter frondes immurmurat aura
O inuisa meis uox auribus, ite (precabar)
Ite malam uenti celeres dispergite uocem
Si quis pastor oues ad pinguia pascua ducat
Et uetet adductas præsens decerpere gramen
Vel si iam pastas potum compescat ad amnem
Et sitibundo ori salientem deneget undam
Nonne importunus? naturæ inimicus & excors
Illa mihi uox uisa iouis uiolentior ira
Cum tonat, & pluuius terris irascitur aer
Non potui & uolui frontem non flectere, uirgo
Demissi in cilium de sub uelaminis ora
Me aspiciens, motis blande subrisit ocellis
Id cernens iterum natam uocat improba mater
Galla operi magis intendens audire recusat
Vt pede sic animo sequitur tum pro idus ipse
Nancꝫ dolos inspirat amor, fraudescꝫ ministrat
Nunc cantu, nunc sollicitans clamore metentes
Velamenta dabam sceleri, quo credere possent
Et soror & mater non audiuisse puellam
Falce repellebam sentes, ne crura sequentis
Leuia, ne teneras ausint offendere plantas

Quisquis amat seruit, sequitur captiuus amantē For.
Fert domita ceruice iugum, fert uerbera tergo
Dulcia, fert stimulos, trahit & bouis instar aratrum

Continuo aspiciens, Continuo recitat argumentum amorum suorum Si quis pastor, Indicat similitudinem quā incommoda fuerat matris reclamatio, Nam sicut pastor ouibus esset importunus si eas a prę̄sentibus herbis aut fluminibus cum famerent ac sitirent arceat, quę Tantali pœna dicitur, Ira importuna uisa est mater quæ præsentia puellæ uetabat frui, Iouis uiolētior ira amatorie dictum. Audire recusat, i. hic ut uidetur dissimulat Velamenta dabam sceleri, i. fraudi quæ non semper scelerata est. Nam si honeste amauit ut titulus indicat, cui sceleri? Sed scelus est in puella nō audienti monitis maternis, Sentes spinas & uepres, Crura sequentis, s. uirginis, Leuia nō aspera nec pilosa, Teneras plantas, Maro. Ahti bine teneras glacies secet aspera plātas, Quisquis amat seruit, Ideo Ouidius, Dum licet iniusto subtrahe colla iugo, Fert ideſt patitur uerbera, Satyricus, Solea puer obiurgabere rubra. Bouis instar ideſt in statum et morem, quod Valla non approbat. Vultenim instar ad æquiparationem, non ad similitudinē pertinere.

Sentes

Fert
Instar

Tu quoq; ut hinc uideo non es ignarus amorū Fau.
Id commune malum, semel insaniuimus omnes For.
Hoc animi tam triste bonum, tam dulce uenenum Fau.
Quottidie crudele magis crescebat in horas
Vt calor in nonam dum lux attollitur horam
Pallebam attonito similis, lymphaticus, amens
Immemor, insomnis, nec erat res ardua morbi
Nosse genus, frons est animi mutabilis index
Vt pater aduertit, mitem se præbuit ultra
Consuetum, q̄p & ipse suos expertus, amorum
Sciret onus, blandoq; loquens humaniter ore
Dic (inquit) dic Fauste, quid hoc quod pectore uoluis?
Infœlix puer, hæc facies testatur amorem
Dic mihi, ne pudeat curas aperire parenti
Sit licet in natos facies austera parentum Fortu.
Aequa tamen semper mens est & amica uoluntas

Vt facilem pater affectum præ se tulit, ultro Fau.
Rem confessus opem petij, promisit, & ante
Q̄z brumale gelu borealibus arua pruinis
Spargeret, agnati unanimes cum patre puellam
Despondere mihi, nec adhuc sine testibus illi
Congrediebar, eram medio sitibundus in amne
Tantalus, o quotiens misso cum bobus aratro
Vt uacuis aliquando esset sola ædibus ibam

Tantalus sitibūd in medio amne

Tu quoq; Æneas Siluius (qui papa pius) asserit neminem ad trigesimū peruenire ætatis annum qui non senserit aliquando amoris ignem, Vnde prouerbialiter dicit, Semel insaniuimus omēs, Quod Mara in geor. li. iiij. sic dicit, Omne adeo genus in terris hominumq; ferarūq;, Et genus æquoreum, pecudes pictæq; uolucres, In furias ignemq; ruunt, amor omnibus idem &c. Hinc. i. ex his a te dictis, Lymphaticus, i. furore percit⁹, ut hi qui limphas, i. nymphas se uidisse in aquis credunt, Errant aūt qui uinum limphaticū dicunt pro diluto. Amens ideſt sine mente, Terentius. Nam hæc inceptio non amātium sed amentium est. Frons est animi mutabilis index Prouerbiale, sed quia ceperunt homines dissimulare dicit Iuuenalis. Fronti nulla fides, ea dicata ferē uerecundiæ atq; pudori. Frons index. Sūt ergo index iudex & similia cōmunia, Cicero. Hanc uocē stulticiæ indicē. Vt pater aduertit ideſt rescíuit, agnouit, annotauit animaduertendo. Mitem se præbuit, talem præstandum docet Mitio Terentius in Adel. Vltra cōsuetum ideſt præter consuetudinem, quia solent patres esse seueri in mores filiorum, Vnde Menedemus Terenti. in Heau. Cœpi non humaniter neq; ut animū decuit ægrotum adolescentuli tractare, sed ui & uia peruulgata patrum quottidie accusabam &c. Causam aūt quare pater mitior fuit, addit q̄p & ipse &c. Vnde & diuum Petrum labi congruit ut sciret ignoscere Dic mihi ne pudeat &c. ex loco Terentiano ut dixi. Sit licet in natos &c. Cōfirmat ut uero simile sit q̄d ille dixerat, Agnati ideſt affines, desponderē ideſt desponderunt mihi puellam, Nec adhuc sine testibus, i. arbitris & præsentibus. Illi, cum illa congrediebar ideſt licet esset mihi desponsata, tñ non licebat conuenire eam, nec cum ea loqui cum sola esset, quo custoditā eius attestatur pudicitiam. Est autē locutio uirgiliana, nam Virgili⁹ uerba ad certamen pertinentia cum dativo construit, quæ alij cum ablativo mediāte cum, ut Placido ne etiam pugnabis amori, i. cum amore, Certat tibi ideſt tecum, Infœlix puer atq; impar cōgressus Achilli, ideſt cum Achille Eram medio sitibundus in amne. Tantalus ideſt Tantali similis, De quo Horatius primo sermo. Tantalus a labris sitiens fugientia captat, flumina.

Hinc limphatic⁹

Amens

Frons

Tantalus

Mēto ten⁹ Quia em̄ deorū secreta reuelauit aut quia Pelopem filium dijs epulandū apposuit, hac pœna apud inferos damnatus dicitur, ut mento tenus immo labiorū tenus habeat dulcissima flumina, quibus dum sitim restringere conetur delabunt. Et naso tenus fragrātia poma, itidē dum apprehēdere conatur subterfugientia. Signantur aūt auari, ut auctor est Hora. subdens ibidem Quid rides? mutato nomine de te. Fabula narratur cōgestis undiq; saccis, Indormis ingians, & tanq̄ parcere sacris, Cogeris aut pictis tanq̄ gaudere tabellis, Vt ędibus idest domibus priuatis. s. paternis, vacuus sci. patre, matre, sorore, & reliquis familiaribus esset sola scilicet domi, ibam scilicet ad eam,

Naso tenus

Ædibūs

Omnia causabar, stiuam, dentale, iugumq; Fortu.
Lora iugi, rullam, deerant quæcunq; petebam
E soceri lare, sola tamen deerat mihi uirgo
Non deeram mihi piscator, uenator & auceps
Factus eram & solers studia intermissa resumpsi
Quicquid erat predæ, quicquid fortuna tulisset
Ad soceros ibat, gener officiosus habebar
Nocte semel media subeuntem limina furtim
(Sic etenim pactus fueram cum uirgine) furem
Esse rati inuasere canes, ego protinus altam
Transiliens sepem, uix ora latrantia fugi
His tandem studijs hyemem transegimus illam
Ver redijt, iam sylua uiret, iam uinea frondet
Iam spicata ceres, iam cogitat hordea messor
Splendidulis iam nocte uolant lampyrides alis
Ecce dies genialis adest, mihi ducitur uxor
Sed quid opus multis? nox expectata duobus
Venit, & in portum uento ratis acta secundo est
Tum boue mactato gemina conuiuia luce
Sub patula instructis celebrauimus arbore mensis
Affuit œnophilus, multoq; solutus hiaccho
Tempestiua dedit toti spectacula uico

Et cum multifori tonius, cui tibia buxo
Tandem post epulas & pocula multicolorem
Ventriculum sumpsit, buccasq; inflare rubentes
Incipiens, oculos aperit, cilijsq; leuatis
Multotiensq; altis, flatu a pulmonibus hausto
Vtrem implet, cubito uocem dat tibia presso
Nunc huc nunc illuc digito saliente uocauit
Pinguibus a mensis iuuenes ad compita cantu
Saltidico, dulciq; diem certamine clausit
Et iam tres hyemes abiere, & proximat æstas
Quarta, dies rapidis (si qua est bona) præterit horis
Si qua placent, abeunt, inimica tenacius hærent
Fauste uiden? uicina pecus uineta subintrat Fortu.
Iam (ne forte graui mulcta taxemur) eundum est

Omnia causabar, Pergit quo occeperat docens Faustum amorum suorum exitum optatis uidelicet nuptijs. Omnia causabar. i. excusabā seu accusabam, & in excusationem intermissę operę adducebam, ut in mœri Causādo nostros in lōgū ducis amores. Stiuā. i. manicā aratri qua regitur dentale. i. lignum ad q̊d inducitur uomer, ut dicit Seruius ad illud .i. geor. Duplici aptant̄ dentalia dorso, Rullam partē a ruendo dictam. E lare. i. domo soceri. s. futuri, quia desponsatione facta, Nō deerā mihi. i, officio meo aut utilitati meę, Studia intermissa. s. tempore languoris, ut prius dixit. Gener est cōiunx filiæ, & dicitur ad socerū & socrum correlatiue. Iam ceres. i. seges aut frumentū spicata. i, spicas habens. Lampyrides sunt papiliones quidam qui nitedulæ & cicendulæ dicūtur, de quibus Sipontinus sic, Cicendula a gręcis lampyris dicta. quidam noctilucā q; noctu luceat, alij nitedulam uocant. Non ante matura pabula aut post desecta conspicitur, nūc pēnarū hiatu refulgens, nunc cōpressu obumbrata. Huius animalis stellantes uolatus maturitatis hordei signum rusticis præbent mira benignitate naturæ, Ab hac lichnus pensilis quē uulgo lampadem uocant Cicendula appellatur, quę nocte tota seruat̄ accensa, & lampyridos instar lucet, Marti. de cicendula, Ancillam tibi sors dedit lucernæ, Totas quę simul exigat tenebras, Scribit̄ aūt gręce λαμπουρίς, ιδος, i. lampuris lāpuridos, sed prouetiam y scribi a nobis solet. Quia ergo hordei maturitatem denotant, bñ dicit. Iam cogitat hordea messor Splendidulis &c. Dies genialis, i. q̊ gignē

Causabar
Stiua
Dentale
Rulla
Gener
Lāpyrides
Cicendula
dies genial

Patula cœnophilus

dis liberis in geniali thoro opera detur. Ratis acta.i.res de qua parum sperabatur optatū sortita est exitum, Gemina luce solis & tedarū, Subpatula .i.semper patēte, cœnophilus, i, uini amator, cœnophorū aūt uas magnum in quo uinū affertur, Iuue. Totū cœnophorum sitiens, οἶνος cœnos græce dicitur uinum, Hiaccho, i. baccho, hoc est uino solut⁹, soluit em̄ curas, Vnde lyeus a lyo, i, soluo dicit liber pater, Tonius a tonando dictus cantor, Cui tibia buxo, ex buxo em̄ fere fiunt nunc phistulæ, olim ex tibijs gruum, vñ & tibiæ dictæ, Multicolorē uentriculum, i. follicultū quē inflare solent uarijs panniculis tectum, uulgo musam cornutā uocāt, eo q⁹ obcuruā phistulam annexam habet. Buccas rubētes ex uino, Multotiens satis humile ad uerbium quo idonei abstinere dicūtur, Vtrem, i. saccū illū ex corio, Pinguibus a mensis iuuenes ad compita, i. loca quæ plures petere solent, in qb⁹ rustici choreas et cęteros ludos exercent, Cantu salsidico, i. saltandi formā dictante, Et proximat, i, proxime appropinquat, aut instat ęstas quarta qa æstate post messem duxerat, Dies rapidis &c. Si qua, i. aliqua dies, i. tempestas est bona, i. lęta & prospera, prēterit horis rapidis ideſt uelociter transeuntibus, Id em̄ uidetur lætis, Inimica tenacius hærent, generalis sententia qua finem facit, plura tamen ut uidetur dicturus, sed a Fortunato ad cohortionem pecoris auocatur, Viden ideſt uides ne, pecus subintrat uineta, i. loca uitibus consita uicina, eundum est, i. ire nos oportet ad custodiā pecoris, ne taxemur, i. damnemur, graui mulcta ideſt pœna pro delicto danda

Hiaccho Lyęus Tonius Tibia Vētriculū Vtrem Compita Viden Vineta Mulcta

AEGLOGA SECVNDA QVAE DICITVR Fortunatus, de amoris insania. Collocutores Faustus & Fortunatus

Cur tam serus ades? quid te (iam ſeptima lux est) Fau
Detinuit? gregibus ne nocent hæc pascua uestris?
Fauste padus nostros qui præterlabitur agros For.
Creuerat, & tumidis ripas æquauerat undis
Nos cura gregis ommissa, priuata coegit
Publicaq⁹ utilitas ripam munire diurnis
Nocturnisq⁹ operis, fluuiumq⁹ arcere furentem
Fert padus exundans mala sæpius omina, noster Fau.
Tityrus est auctor, qui pascua dixit & arua

Forsitan id uerum, quādo extra tempora & ultra For.
Mensuram atq⁹ modum subito concreuerit æstu
Nunc autem id pōscit tempus, nam liquitur altis
Nix hyberna iugis, implent caua flumina montes
Se exonerant, fluuioſq⁹ onerant, sic flumina rursū Fau.
Se exonerant, pelagusq⁹ onerant, hominum q̄q⁹ mos est
Quæ nos cunq⁹ premunt, alieno imponere tergo

Cur tam serus ades? In hac ægloga damnabitur amoris insania qua Amyntam pastorē deperisse memorabit Fortunat⁹. Non em̄ nomini cō grueret, ut Fortunatus amores experiretur amaros. Amyntas a Marone inducitur pastor æmulus, unde dicit. Inuidit stultus Amyntas, ἀμυντικος aūt amynticos aūt dicitur uindicatiuus, Talis autē proximus est ad furorem & insaniam cum cœptis desistere cogitur, Vtrūq⁹ deduci uidetur ab ἀμύνομαι amynomæ, quod est ulciscor pugio repugno, Principiū collocutionis est de inundatione padi quam Faustus accusat, quo minus affuerit illis diebus cum pecore, Cur tam serus, i. tardus, sed utrunq⁹ sic accipio, ut ad tempus referatur, Virgi. Tardi uenere subulci, Nam lentus, piger, oscitans etiam mane uenire possis, Serus aūt uespere dumtaxat, etiam si celer & prœceps, Iam septima lux, septimus dies, Prima tamen lux & primus dies differunt, auctore Valla, Nam prima luce facio quod in prima parte diei, Primo die, quod toto ipso die qui primus est, Gregibus ne nocēt. q.d. minime, cum ager Mantuanus sit optimus, Vnde Maro, Et qualem infœlix misit mantua campum. Padus fluuius est maximus italiæ, in quē iuxta Mantuā incidit Mincius, vnde de utroq⁹ dicit Maro in Tityro, Hic inter flumina nota, Et fōtes sacros frigus captabis opacum, Nostros ergo agros, i. mantuanos, Nos cura gregis omissa aut obmissa, uulgatius Horatium secuti deposito. b. dicimus omissa, & omiſi prima breui, Nocturnisq⁹ operis, i. operationibus aut operarijs, nam utrunq⁹ significat hæc opera, Fert padus exundans mala sæpius omina, i. portenta aut indicia futuræ calami tatis, Noster, i. nostras aut cōpatriota noster, Tityrus, i. Maro qui in primo buco. per Tityrū intelligit est auctor in fine primi geor. Post cędē cęsaris q̄ tot mala secuta sunt, quia, fluuiorum rex Eridanus camposq⁹ per omes. Cū stabulis armenta tulit, Idem em̄ est padus & Eridan⁹ ab Eridano seu phaetonte fīlio solis, qui in eo submersus dicitur denominatus, Idem dicit Horatius primo carminū de tyberi, Vidimus flauū tyberim retortis Littore hetrusco uiolenter undis, Ire dejectū monumenta regis, Templaq⁹ Vestę Qui pascua dixit & arua ideſt bucolica & georgica, Prudenter æneida tacet, ut cuius lectio ad rusticum non spectat, Horatius autē in sermonibus reticet, quia tunc nondum erat emissa, Forsitan, bene forsitan ne portentis

Amyntas Serus Prima lux Prim⁹ dies Padus Omina Noster Eridanus

Liquitur

fidem priſcorum adhibere cenſeatur, quæ uero tempeſtiue fiunt nihil por tendere uidentur præter ſe. Nam liquitur. i. liqueſcit & defluit. Vir. geor. ,i. Vere nouo gelidus canis quũ montibus humor, Liquitur, Montes ntũs eſt, quia montes implent caua flumina, i. alueos fluminũ, Se exonerant, vi delicet montes, et onerant flumina, flumina rurſus onus ſuũ in mare demit tunt, nam oĩa flumina intrant mare & mare non redũdat, Vnde ruſtice dixit Pelaguſq; onerant, Quæ nos cunq;, tmeſis, i. inciſio eſt pro quæcũq; nos. Dicitur aũt tmeſis non temeſis, Alieno imponere tergo, vnde de pha riſeis ſaluator Matthæi xxiij. Alligant aũt onera grauia & importabilia & imponunt in humeros hoĩm, digito aũt ſuo nolunt ea mouere.

Tmeſis

Sed iam contractum reuocat ſuus alueus amnẽ For.
Decreſcente pado (dictu mirabile) noſter Fauſtus
Fortunate lacus maioribus æſtuat undis
Vrbs natat, obſcure fiunt cellaria foſſæ
Lyntre cados adeunt, labens ad uina miniſter
Ridet, & ex imis fertur grauis obba lacunis
Multa (licet nati fuerint melioribus horis)
Multa et magna ferunt aliquando incommoda ciuẽs
Commoditas omnis ſua fert incommoda ſecũ Fortu.
Et ſorti appendix eſt illetabilis omni
Hactenus eridanus, noſtros repetamus amores Fau.
Quandoquidẽ nunc alma uenus mouet oĩa, cœlum
Luce tẽpet nitida, tellus uiret, arua uolucres
Cantibus exhilarant uernis, nunc oĩa fœtant
Tu tua luſiſti, ſed nos aliena ſequamur Fortu.
Namq; tibi noti referam paſtoris amores
Vt doceam ueneris nihil eſſe potentius igne
Pauper & infeſto ſub ſydere natus amyntas
Sex uitulos totidemq; pares ætate iuuencas
Armentiq; patrem ducens in paſcua taurum
Venerat ad coitum, nitidis ubi myntius undis
Alluit, herboſos fugiens perniciter agros

Arx noua propter aquas pinnatis ardua muris
Eſt coitus, campo moles fundata paluſtri
Hic igitur recubans uitrei prope fluminis undam
Vitis ubi amplectens longis dumeta lacertis
In uada curuata ripæ ſupereminet umbra
Piſcibus inſidias tendebat harundine & hamo
Meſſis erat, ſolis rapidi uiolentia aduſtos
Sciderat arentes, finem philomela canendi
Fecerat, & necq; lux paſſim morientibus herbis
Paſcere oues poterat, necq; nox humore cicadas
Dumq; incumbit aquis, ſtudioq; intendit inani
Taurus (ut auditum eſt) primum uexatus ab œſtro
Mox canibus, demum furaci a milite ſyluis
Abditus, ex toto confeſtim euanuit agro

Sed iam contractum. Non interrogatiue, ſed indicatiue legatur. Suus al ueus, i. proprius aut debit⁹ aut hyppallage, i. ſuum amnẽ. Decreſcẽte pado dictu, i. ut dicatur, uel dum dicatur mirabile, noſter lacus uicinus urbi no ſtræ Mantuę, ſ. Benacus. Myntius eĩ ex benaco fluit, Lyntre. i. ſcapha aut alia nauicula, Grauis obba, i. lagena, Perſius ſeſſilem uocat, eo q; lato fũdo quaſi ſedeat dicens ſaty. v. Exhalat uapida leſum pice ſeſſilis obba, Melio ribus horis, Vnde Iuuena. Diſtat eĩ quę ſydera te excipiãt modo primos incipientẽ, Edere uagitus, & adhuc a matre rubentẽ. Sed id ethnicis q̃ chri dianis conſonantius, Verum ſi non trahimur aut compellimur inuiti, duci mur tñ zelo & incitamur. Appendix illetabilis, quia in hoc mundo nõ ſũt ſolida nec plena gaudia quæ nihil habeant amatoris. Nam extremũ gau dij luctus occupat, Appendix dicit quod appẽditur, Illætabilis de qua nõ eſt lætandũ, Sic æne. iiij. Hinc Dreprani me portus & illętabilis ora. Multa ſunt prouerbialiter dicta notatuq; digna. Boetius dicit ſe didiciſſe in fori bus Iouis eſſe duo dolia, alterum boni, alterũ mali, neminẽq; naſci qui non aliquãdo ex utroq; bibat, Hactenus eridanus, ſ. dictus eſt, i. inundatio Pa di. Noſtros repetamus amores, Q ñquidem nunc, ſ. in uere, p̃cipue dũ nix liquitur, tunc eĩ ueneri potiſſima datur opera. Vnde uernæ dicti q; fere uerno tempore gignũtur. Alma, quia diua creatrix, ab alendo dicta, nam per propagationẽ conſeruat genus noſtrũ. Arua uolucres. Maro. Hinc uo lucrum concentus in aruis, Exhilarant, hilaros græce, unde hilarũ, Teren.

Myncius Lyntre Obba

Appendix Illæt abilis

Alma Hilaros

dixit. Facit hilaro uerbū, q̄d est hilarē & lætū facio. Nunc oīa fœtant, i. fœtus producunt, Tu tua lusisti, i. tuos amores faciliter cecinisti. Est em̄ ludere res nō graues canere, vñ Virgi. in buco. Et ipsū Ludere q̄ uellē calamo permisit agresti, Et Ouid. Ille ego q̄ fuerā tenerorū lusor amorū. Ingenio perij Naso poeta meo. Item Maro in culice, Lusimus octaui gracili modulāte Thalia, Atq; ut araneoli tenuē formauimus orsum. Sed nos aliena sequamur. Non em̄ fortunato (ut dixi) infortunia amorū cōgruunt, ea em̄ dicturus est, Veneris nihil esse potentius igne, Maro. Omnia uincit amor, & nos cedamus amori. Et ideo de tempore quo amant beluę dicit geor iij. Tempore nō alio catulorū oblita leæna, Seuior errauit campis nec funera uulgo Tam multa informes ursi strage mq; dedere, Per syluas, tum seuus apertum pessima tygris, Heu male tum libyæ solis errat in oris. Et infesto sub sydere, i. molesto et inferenti quasi uim, q̄d plus est quā si infausto legendū sit. Ad coitū. i. ad arcē sic dictā q̄ esset ad cōfluentē, Mincius ex benaco (ut dixi) nascēs, Perniciter uelociter, Arx noua, castellū uocat. Propter aquas, i. iuxta, Vir. geor. iij. Et uiridi campo templū de marmore ponā. Propter aquā tardis ingens ubi flexibus errat Mincius, & tenera p̄texit arundine ripas. Sed quęras cū ille in laudē Mincij (est em̄ sic utilior nauigātibus aduerso p̄sertim flumine) dixit tardis flexibus, cur hic dicat fugiēs pniciter. Sed dicemus id ad inundationē pertinere, q̄ flumina tarda alias pernicia fiunt. Longis lacertis, i. brachijs, quia labruscę nō putant nec resecant, Harūdine & hamo, i. hamata harūdine, i. uirga tenui. Sciderat, mutauit fecitq; Prosciderat cāpos sinē philomela. &c. nā scindo scidi priorē corripit, ęnei. iij. Hesperiū siculo latus abscidit aruaq; et urbes, ubi Serui. tū uidet sentire debere pduci, Nā metri (inquit) causa sci syllabā corripuit, uerū nō legit correpta cū cōtra sępe reperiat, Hora. i, car. Ne quicq̄ deus abscidit &c. Posset forte legi Soluerat, aut quid simile, Neq; lux. i. diurnū temp⁹, neq; nox humore, i. rore. Vir. Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadę. Studioq; intendit inani, i. piscandi hamo, vñ parū utilitatis consequit, p̄sertim prætermissa custodia armentorū, Ab œstro uespæ getus est id, sic gręce a sono dictū Mox. i. paulo post uexatus a canibus, Demū, i. tandē aut ultimo, abditus, i. absconditus a milite, i. uiro belligero humilis cōditionis, unde furaci addit Nō em̄ militē dicemus equitē auratū, sed millesimū quēq;, i. quēlibet e nūo millenario etiā uilissimū. Vñ milites romani potissimū pedites uocabant.

Perniciter
Arx
Scindo
œstrum
Miles

Quod puer ut nouit, tumulum conscendit, & alta
Voce bouem clamans, longo rura, omnia uisu
Prospicit, ut frustra niti se comperit arcum
Corripit & pharetram, sequiturq; per inuia taurum
Illum per caulas, & per stabula omnia quærens
Per colles Benace tuos, per consita oliuis

Iugera, per uirides ficis & uitibus agros,
Venerat ad sublime iugum, quod sulphuris arcem
Sustinet, & longis aperit prospectibus illinc
Benacum, hinc campos longe lateq; patentes
Lux ea sacra fuit Petro, frondente sub ulmo
Mixta erat ex omni pubes, post prandia uico
Ducebatq; leues buxo resonante choreas
Rustica gēs nulla genus arte domabile, semper Fau.
Irrequietum animal, gaudet sudore, peracto
Mane sacro festa (quando omnibus ocia) luce
Ipsa oci ac famis impatiens epulatur, & implet
Ingluuiem, audito properat tibicine ad ulmum
Hic furit, hic saltu fertur bouis instar ad auras
Quam rastris uersare nephas, & uomere terram
Calcibus obduris, et inerti mole fatigat
Ac ferit, & tota Baccho facit orgia luce
Vociferans, ridens, saliens, & pocula siccans
Stulte quid hæc faris? solatia rustica damnas For.
Rusticus ipse? tuis malus es, tibi pessimus ipsi
Dicta ioco fuerint, nostrum repetamus Amyntam

Quod puer) Prosequit historiā aut argumentū cœptū, Prospicit porro aspicit, Ænei. i, Nauē in cōspectu nullā tris littore seruos Prospicit errantes Prospicere
Vt. i, postq̄, Per caulas & p stabula p colles benace tuos. Nō longe ergo di Vt
stat, ita ut de eo intelligi posset q̄d dixit nī lacus &c. Sulphuris arcem a sulphure denoīatā Benacū q ut larī⁹ ex alpib⁹ augeat, Sacra fuit Petro ad uincula (ut uideat) caleñ augusti. Buxo, i. fistula ex buxo. Maro. Timpana uos buxusq; uocat berecynthia, Ipa oci ac, Sic Maro in fi. geor. Ignobilis oci, p
oci dixit, nā ut hic ocij scribas vsq⁹ nō patit. Bouis instar, i, in morē, q̄d Val Buxo
la (ut dixi) imphat, Q3 rastris, i. in cœmeterio aut alio loco sacro, aut area
publica. Facit orgia Baccho. i. celebrat bacchanalia, Orgia aūt gñaliter di Orgia bac
cūt oīa festa. Calcib⁹ a ntō calces, sic em̄ scribē dū p̄cipuūt, estq; incerti gñis cho. i. bac-
Vir. Ferrata calce fatigat, Alibi masculinū leges, Inerti mole. i, põdere cor chanalia
poris inertis, Tibi pessim⁹ ipt. Cōfessus em̄ est suos amores, vñ posset in cū Calces
dici illud Hora. Q3 temere in nos met legē sancimus iniquam.

Continuit greſſum, baculoq; innixus acerno
Intermiſit iter, donec miteſceret æſtus
Ah puer infœlix, æſtus te maior in umbra
Corripiet, nudam uideas ne in fonte dianam
Claude oculos, blandis neu des ſyrenibus aurem
Sors tua Narciſſo ſimilis, narciſſus in undis
Dum ſedare ſitim properat, ſitit amplius, at tu
Exteriorem æſtum fugiens intrinſecus ardes
Qꝫ melius fuerat niſi te ſic fata tuliſſent
Ad reliquum redñſſe pecus, ſeruaſſe iuuencas
Admiſſi bouis æquo animo diſpendia ferre
Qꝫ dum conaris nil perdere, perdere te ipſum
Sed poſt iacturam quis non ſapit? utile non eſt Fau.
Conſilium poſt facta dari quod oportuit ante
Conſilium poſt facta, imber poſt tempora frugum

Continuit greſſum. Reliqua proſequitur. Baculo acerno ex acere arbore. Acer em̃ prima breui illius aceris ſecundū Priſcia. facit, unde acernus. a um, Intermiſit iter q̃d habuit ad inquirendū taurū. Ah puer infœlix, acclamatio Fortunati ſic illic, ah uirgo infœlix quę te demētia cœpit? Nudam uideas ne in fonte dianam claude oculos, i. auerte oculos tuos ne uideas uanitatē, ſed ad fabulā alludit, Acteon em̃ quia dianā imprudens nudā uidit a canibus diſcerptus eſt, Blandis ne des ſyrenibus aurē, Nam ſyrenes (ut aiunt) ſurda aure tranſire oportet ut inquit diuus Hiero. Fuerūt aūt (auctore Seruio in fine. v. ęnei.) tres in parte uirgines & in parte uolucres, acheloi fluminis & caliopes muſæ filiæ, Harū una uoce, altera tibīs, tertia lyra canebat. Et primo iuxta Pelorum in capreis inſulis habitauerūt, quę illectos ſuo cantu in naufragia deducebant. Secundū ueritatē meretrices fuerūt, q̃ tranſeuntes qm̃ deducebant ad ægeſtatem, his ficti ſunt inferre naufragia Has Vlyſſes contemnendo deduxit ad mortē, hæc ille, Harum noīa dicūtur parthenope a qua quę nunc Neapolis, i. noua urbs dicit, olim fuit denominata leucoſia & lygia, Dicūt aūt ab eo q̃d eſt ειρειν hirin quod ſignificat connectere & retinere, & aſpiratio cōuertitur in ſ. Harum cātum ad Vlyſſem tranſtulit Cice. principium eſt, O decus argolicū quin puppim flectis Vlyſſe &c. Sors tua Narciſſo ſimilis. Is enim ſecūdū Ouidiū metamor. iiij. cū ſupbia formæ elatus cæteros contēneret amore ſui in fonte uiſi exarſit

Acteon
Syrenes
Narciſſus

& cum ſui compos eſſe nō poſſet in margine languens tandē inſui nomīs florē conuerti meruit. Du ſedare ſitim properat in fonte uidelicet, ſitit amplius amore ſui illic uiſi, intrinſecus ardet ęſtu amoris, Qꝫ melius, i. quāto, Qꝫ ſic Virgili. Quam magis illa tremens, tanto magis effera flammis. Niſi te ſic fata tuliſſent, Imputat fatis, ſed tamē immerito, ut legit apud Aul. Gel. Fatum li. vi. ca. ij. Heu mihi q̃ dānant mortales numina cœli, Eſſe aiūt etem̃ nos mala, cū tñ ipſis Vecordi pter fatū ſint mēte dolores, Multi ergo fatis imputant, Iuue. Hunc ego fatis imputo, Et alibi, Fata regūt hoīes, et Manlius li. iij, Fata q̃q; & uitas hoīm ſuſpendit ab aſtris, Sic fœlix aut triſte uenit p ſingula fatū, Verū fatū uarie accipi ſolet, utcūq; tñ accipiat, dicemus non imponere arbitrio noſtro neceſſitatē, etiā ſi fata uiā inueniunt, Conſilium poſt factū eſt inquit imber poſt tēpora frugū, bene ad ſuū inſtitutū conuertit ne non ruſticus puteī, ut aūt Maro inquit, Dulce ſatis humor

Vna puellares inter pulcherrima turmas Fortu.
Virgo erat alba comas, alīs procerior, anīos
Nata quater quinos uel circiter, ore nitenti
Vrbānis certare potens & uincere nymphis
Aureolis radians guttis, ad tempora limbus
Ibat & ad pectus clauſum uelamen aheno
Clauiculo, mediam fulgenti fibula ferro
Stringit in anguſtum, nōua candicat inſtita lapſu
Linea rugoſo, pedibuſq; allabitur imis
Hanc puer ut uidit, perīt, flammaſq; tuendo
Hauſit, & in pectus cēcos abſorbuit ignes
Ignes qui nec aquis perimi potuere nec umbris
Diminui, necq; graminibus, magicis ue ſuſurris
Oblituſq; greges & damna domeſtica, totus
Vritur, & noctes in luctum expendit amaras
Sæpe grauēſcentem uerbis compeſcere flammam
Nixus, & inſanum iuuenis cohibere furorem
Dicebam, miſerande puer quis te deus iſtas
Miſit in ambages? ſed non deus, immo fathanum
Peſſimus, ex illis quos noctibus atq; diebus

Ter tribus in terras fama est exęthere lapsos

Vna puellares, Non attẽdens ad interlocutionẽ fauſtinam pergit Fortuna. deſcribẽs puellam cuius amore exarſit, Nata quater quinos, i. uiginti quę ætas ruſticis uxorẽ ad laborem expetentibus grata, cum urbano iunior placeat, ut in Eunu. Anni quot? ſedecim, Flos ipſe &c. Vrbanis nymphis. i. ſponſis aut puellis pro nymphis habẽdis, Eſt aũt datiuus more Virgiliano. Mõtibus in noſtris ſol? tibi certat Amyntas, i. tecũ & cũ nymphis, ſed durius additur & uincere cũ ſequatur nymphis, nam ſubaudire oportet eas, Aureolis, i. parum aureis, ſicut a luteo luteolum deduxit Maro,

Aureolis

Limbus, i. ueſtis oblonga, Aheno, i. æreo clauiculo, i. ſpintre. Fulgẽti ferro exuſu aut artificio aut ex eo quod album ferrum uocant, Stringit in anguſtum ut gracilior habeatur, Nam ſi qua eſt habitior paulo pugile meſſe aiunt, Noua inſtita linea, i. faſcia annexa ſtolæ. Sunt aũt duo epitheta quæ latina lingua refugit niſi diuiſim conſtruant, ſed tamen hęc tolerantur, quia perinde eſt ac ſi dicat, inſtita noua ex lino quæ ruſticæ conuenit, nam inſtita lanea & ſerica ſtolę matronali cõgruit, Allabitur imis pedib?, i. ad imos pedes defluit, Hora. ſermo. i. Nil mediũ eſt ſunt qui nolint tetigiſſe niſi illas

Limbus

Aheno

Quarum ſubſuta talos regat inſtita ueſte. Eſt aũt inſtita tenuiſſima faſciola quæ prætexta dicitur, ut inquit Acrõ ad dictum locum. Lapſu rugoſo, i. in plicas contracto. Hanc puer ut uidit perĩt, Maro. Vt uidi ut perĩt ut me malus abſtulit error. Flammaſcę tuendo, i. inſpiciendo hic actiue accipitur Ignes ignes bona & artificioſa repetitio qui nec aquis &c. unde ædituus apud Gelliũ libro xix, ca. ix. Quid faculam præfers philiros qua nil opus nobis, Ibimus, hic licet pectore flamma ſatis. Iſtam non potis eſt uis ſeua extinguere uenti, Aut imber cœlo candidus præcipitans, At contra hunc ignem ueneris, niſi ſi uenus ipſa, Nulla eſt quæ poſſit uis alia opprimere &c. Necę graminibus, Id conqueritur Apollo apud Naſonem, Heu mihi cp nullis amor eſt medicabilis herbis, Magicis ue ſuſurris, i, incantationibus quæ obſcure remordente conſcientia proferũtur, Quis te deus ex ueteri conſuetudine interrogandi, nam hodie cum unum credimus deum inepta eſſet, niſi abuſiue (ut dixi) ex poetico more inferos dicamus deos,

Inſtita

Suſurris

Ambages

& amorẽ aut uirtutes & uitia, In iſtas ambages, i. inextricabiles errores.

Sed nõ deus, corrigit ergo ꝙd dixerat deus, immo (inquit) ſatanũ peſſim? a ntõ ſatan, huius ſatanos, ſicut Tytan tytanos, pæan pæanos, Peccant ergo qui etiã ſatanas ſatanæ media breui proferunt, Ter tribus, i. nouẽ noctibus & totidem diebus ex nouem choris angelorum

Satanum

Dic age ſi noſti quenq̃ reminiſcere, ſi quem
Videris hoc pacto diteſcere, ſurgere in altum
Dilatare domum, maioribus horrea aceruis

Complere his ſtudijs, extendere latius agros
Multiplicare greges, acquirere paſcua bobus
Sunt qui noſtra ferant menſis epulanda cruentis
Inter tot populos, quot habet latiſſima tellus
Corpora, & humanos abſumunt dentibus artus
Sunt inquam quos tanta malis tot uexet erinnys
Sed nullum eſt tam immane genus, tam barbara nuſcę
Gens quæ fœmineos non execretur amores
Hinc ueniunt rixæ, ueniunt & iurgia, & arma
Sæpe etiam diræ multo cum ſanguine mortes
Hinc quoq̃ deletis euerſæ mœnibus urbes
Ipſa etiam leges, rubriſcę uolumina loris
Clauſa uetant ſcelus hoc, & deteſtantur amores
Vt leges audiuit, ad hæc reſpondit Amyntas
Ciuis enim fuerat puer, & uerſatus in urbe
His monitis prudens & circumſpectus haberi
Niteris & ſenſu tetricos anteire Catones
Error hic, hæc paſſim ſapiens dementia regnat
Ipſe ſibi blanditur homo, ſoleſcę putari
Vult animal, tamen incautus ſibi multa tetendit
Retia, & in foueam cecidit quam fecerat, ante
Liber erat, ſeruile iugum ſibi condidit ipſe
Pondus id eſt legum (uidi ipſe uolumina) quas nec
Antiqui potuere patres, nec poſſumus ipſi
Nec ſeruare ætas poterit uentura nepotum.
Aſpice q̃ ſtulta eſt hominum prudentia, cœlum
Sperat, & eſſe ſibi ſedem inter ſydera credit
Forſitan in uolucrem moriens tranſibit, & altum

Spiritus assumptis tranabit ad æthera pennis
Tunc ergo quid latras? legum deus auctor, & ipsis
Non parere, sapit magnam nimis impietatem
Grandia de magnis hæc sunt certamina rebus Fau.
Quid fuerim reris? quamuis pannosus et asper For.
Sim modo, tunc animo, tunc cui, tunc ore ualebam
Nec mihi sese alius poterat componere pastor
Nunc quoq; si rectus uultu gradiare supino Fau
Alter eris Marius, raso ore uidebere carbo
Talia respondit sic obiurgatus Amyntas For.
Facto homini deus inuidit, concessa uoluptas
Visa bonum nimis excellens, & uota repressit
Legibus inuentis, ut equi ligat ora capistro
Ne quocunq; libet flectat uestigia sessor
Quæ mea sit me cogit amor sententia fari
Liberaq; ora facit, qui non communicat usum
Coniugis, inuidus est, liuorem excusat honestas
Introducta usu longi liuoris iniquo
Nam dum quisq; sibi retinet sua gaudia, nec uult
Publica, communis mos ac longæuus honestas
Factus, & hunc morem fecit dementia legem
Inuida res amor est, res inuidiosa uoluptas
Tunc ego non audens hominem contendere contra
Amplius, insano rediens ab amante recessi
Cernis ut hic malus affectus sic lumina mentis Fau.
Claudat, in errores ut sponte feramur apertos?
Cernis ut a summo litientia nubila baldo?
Se agglomerent? oritur grando, ne forte uagantes
Tempestas deprendat oues, discedere tempus

Dic age, Progredit in detestationē amorū quo illū auertat, facitq; id q̄si
satyrice, docens nullū ex amoribus emolimentū nullūq; per eos ditescere
Sunt qui nostra ferant. Tyrāni qui sanguinē & sudorē pauperū absumūt, Tyranni
aut ad cyclopas et lestrigonas aspexit, aut ad ægyptios a Iuuenale dānatos
sed uerius ad auaros qui quicqd pauperes sudore pariūt, deuorant. Euersę
urbes, ut Troia & alię (ut Hora. i. ser. sentit) multę. Nā fuit ante Helenā cū
nus teterrima belli Causa, sed ignotis perierunt mortibus illi. Quos uene
rē incertā rapientes more ferarū. Viribus editior cedebat, ut in grege tau
rus. Tetricos seueros & rigidos, a tetricis mōtibus asperis, Anteire collisio Tetricos
est, sicut in deinde proinde deesse fieri solet. Catones duo noīati sunt seue
rissimi, maior ille censorius & minor uticensis. Ipse etiā leges. ut lex diuina Catones
Nō mœchaberis. Lex humana, ut lex iulia in adulteros, De qua Iuue. Lex duo
Iulia dormis &c. Quas nec antiqui potuere patres, Sic beatus Petrus actu.
xv. Nunc ergo quid tentatis deum imponere iugū super ceruices discipu
lorū, q̄d neq; nos neq; patres nostri portare potuimus. Sapiēs demētia, bo
na implicatio sicut apud Iuuenalē. Inter socraticos notissima fossa cinedos
cū nihil sit magis repugnans q̄ socraticū & cinedū esse, sed ut in prologo
Andrię dicit, multi faciūt ne intelligendo ut nihil intelligant, Videnť ergo
sibi sapientes cū sint dementes, Iniquā in se ferentes legē, Hora. Q̄ temere
in nos met legē sancimus iniquā. Quā fecerat ante. Sic Dauid. Incidit in fo
ueā quā fecit. Forsitan in uolucrē. Tanta est amantibus insania, ut etiā quę
fidei sunt irrideant, Graphice ergo docet q̄ nō sit sui cōpos quisquis amat,
Grandia de magis. Ne decori personarū immemor uideat poeta (uideť
em altior hic disputatio q̄ ut rusticis conueniat) inducit alterū interloquē
tem, quasi minus habeat fidei, Vnde Fortu. More senū qui se laudāt & sua
tempora, ut Nestor apud Homerū, Vñ Flaccus in arte. Laudator tēporis
acti, Se puero, dicit se in adolescētia fuisse p̄stanti ingenio & prudētia mag Reris
na præditū. Quid fuerim reris, i. arbitraris, q̄uis pannosus, i. ueste multis Pannosus
panniculis cōsuta & crasso panno, et asper sim modo, i. pannis annisq; obsi
tus, ut ingt Comicus. Nunc q̄q; si rectus uultu gradiare supino, Alter eris
Mari⁹, qui procerus erat, & (ut Apianus docet) uultu seuero, qui ex uulte
diritate cū nihil loquereť satis proferre uisus q̄ ingentē machinareť cædē.
Papyri⁹ aūt carbo illa tēpestate qua cū iuniori grapho cōspirabat, adhuc Carbo
inuestis seu imberbis erat. Vñ ait. Raso ore uidebere Carbo. Alludēs (ni
fallor) ad carbonē q̄ nihil nigrius. Vt equi ligat ora capistro sessor, i. q̄ insi
det eq̄, Me cogit amor. Nō ergo sui iuris aut liberū se fateť, sed amore co
actū. Qui non cōmunicat usū coniugis inuidus est. Vult errore & hæresi
nicolaitarū etiā coniuges debere cōmunes esse, & per inuidiam suam cuiq;
datā, & legē iuliā in adulteros latā, quæ res quia honesta uisa liuorē excu
sat honestas, Honestatē aūt introduxit lōgus sed iniquus (inquit) usus, quę
oīa sunt ab insano & demente amatore dicta. Vñ quā uidit nō maritali af
fectione amauit, Inuidia res amor est, i. inuidere faciens, q̄a nec regna parē

Inuidia Liuentia Baldo

nec ferre uenus põt, Liuẽtia subnigra & densa a liuore qui est macula plũbei coloris ex cõpressu facta, Tibul. Tum succos herbasq; dedi quis liuor abiret, Quẽ facit impsso mutua dente uenus, Et quia talẽ inuidi cõtrahũt colorem, ideo liuidi dicuntur & liuor inuidia, Baldo, i.a monte uicino, Est autem futuræ ægloges parasceue idest præparatio

Aegloga tertia quæ dicit Amyntas, de insani amoris exitu infœlici. Collocutores Faustus & Fortunatus

Illa hesterna ruens baldi de uertice grando Fau.
Fortunate fuit nobis innoxia, diuis
Gratia nostrarum quibus est custodia frugum
Sed ueluti ex illis ueniens ait harculus oris
Veronensem agrum, pecudes & ouilia sic est
Demolita casas & pastoralia tecta
Sic euertit, ut agricolis spes nulla supersit
Agricolis etenim pecus est substantia, & arua
His subiecta malis, grandi thesaurus in arca
Ciuibus est, quem nulla queat contundere grando
Nulla pruina, gelu nullum, nulla aeris iræ
Nescio qui uentos tempestatesq; gubernat For.
Id scio, sed necq; si scio, sat scio, sed tamen ausim
Dicere, quid? uita ne ideo mulctabor in ipsa?
Numina si ut perhibent, orbem moderantur ab alto
Extimo nil duros hominum curare labores
Aspice quo tenuem uictum sudore paramus
Quot mala pro grege, pro natis, pro coniuge pastor
Fert miser, infestis æstate caloribus ardet
Frigoribus riget hybernis, dormimus ad imbrem
Cotibus in duris uel humi, contagia mille
Mille premunt morbi pecudes, discrimina mille
Sollicitant, latro insidias intentat ouili

Atq; lupus, milesq; lupo furacior omni
Vt manus assiduo detrita incalluit usu
Squaluit os, barba obriguit, cutis aruit æstu
Vna repentino rapit omnia turbine grando
Hoc superi faciunt, quibus inclinamur ad aras
Et quibus offerimus faculas & cærea uota
Nescio quæ pietas, & quæ clementia tantis
Cladibus inuoluat pastores omnium egenos

Illa hesterna ruens, Facto ex euentu pastoribus colloquio, prosequitur Fortu. infœlices amores Amyntæ, Stilus quia pastoralis facillimus est, quo circa breuissimus ero. Illa grando hesterna cuius meminit in fine præcedentis æglogę de uertice, i. summitate, Vertex em dicit sũmitas a qua uertendum est cũ altius ire nequeas ut in capite et monte, Baldus mons est, Diuis, i. sanctis. Harculus rustici nomen quasi bonus cultor aut aruicola, aut retiarius, ἀπὸ τοῦ ἔρκους em dicit rete, Demolita, i. deiecit prostrauit calamitatẽ inferẽdo, Casas tuguria pastoralia, & pro id est, pastoralia tecta, Agricolis etem ordo est, etem substantia, i. possessio & peculiũ est agricolis pecus & arua Nullæ aeris iræ, i. tempestates quasi ab irato Ioue qui & aer dicitur illatæ. Nescio quis &c. rustice id dicit sed graphice, Sunt enim rustici impatientes calamitatis ita ut in deuerbio sit, Qui sua amittit & sensus amittit, vnde et Æneas amissa coniuge (quanquam summus alioqui deorum cultor) ait æne. ij. Quẽ non incusaui amens hoĩmq; deorũq;? Aut quid in euersa uidi crudelius urbe? Et in buco. Amisso nato. Atq; deos atq; astra uocat crudelia mater, Vita ne ideo mulctabor in ipsa, i. an ne ob id uiuens puniar? Id quoq; de more rusticano, Nã illis durum non uidet quod differtur malũ, utpote post fata, Numina si ut perhibent, epicurei em negabant, vñ Maro in buco. Ne curare deum credis mortalia quenq;, Lucre. Nec bene pro meritis capitur nec tangit ira, Hora. i, ser. Credat iudæus apella. Non ego nanq; deus didici securũ agere æuũ, Iudæũ uocat apellam, i. sine pelle ꝓpucij, hoc est circũcisum, Securum æuũ, i. seorsũ a cura mortaliũ, Vnde epicurus iactabat se leuasse gen⁹ humanum duobus summe malis, metu & superstitione deorum, Metu quidem, quia dixi unum esse spiritus humani & beluini interitũ, & ita non esse metuenda quę post mortẽ eueniũt, & superstitione, i. anxia religione, cum dij non curent mortalia, sed utrũq; impiũ & scelestũ est omnẽ pietatẽ & religionẽ destruẽs. Extimo pro existimo, i. censeo & iudico per x plurimi scribunt. Æstimo aũt. i. æris preciũ cõstituo & liceor per ę & st. Discrimina, i. pericula. Milesq; lupo furacior, Miles dicitur quicunq; stipendium belli gratia suscipit, Vna grando, una cala

Vertex Baldus Diuis Harculus

Apella

Extimo Æstimo discrimina Miles Grando

mitas, quę dicta est ꝙ calamos idest culmos segetũ terit. Est aũt in sermone multiplex pathos. Quibus inclinamur adorando & sacrificando nutu Sic hiarbas ænei.iiij. Dicitur ante aras media inter numina diuum. Multa Iouem manibus supplex orasse supinis. Et infra. Nos munera tẽplis. Quippe tuis ferimus famamq; fouemus inanem, Incalluit idest callum, hoc est tumorẽ et duriciem induit. Pastores omnium egenos æne.i, Omnibus exhaustos iam casibus omnium egenos.

Incalluit

Fortunate, scelus nobis hæc omnia nostrum Fau.
Ingerit, ætherei sententia iudicis æqua est
Quod scelus? an fuimus christi uitæ insidiati? Fortu.
Iurgia, furta, irę, uenus & mendacia, rixa Fau.
Quid meruere boni? nec em̃ scelus obruit omnes For.
Et tamen una omnes pariter pessundat erinnys
Heu nescis, male de superis sentire nefandum Fau.
His igitur quæ scire nephas, nescire necesse est
Posthabitis, curas iterum repetamus Amyntæ
Quas sumus experti, quas ignorare negatum est
Res uulgaris amor, studium commune iuuentæ
Mœror & affectus alij de cardine mentem Fortu.
Sæpe leuant, animo sermo uenit æger ab ægro
Intellecta licet pro re pro tempore fari Fau.
Sic habitus Cosmas sapiens, incognita nunq̃
Fauste sapis, notos igitur repetamus amores Fortu.
Restat amyntęos postrema in fata furores
Ducere, & in misero lachrymas impendere casu

Fortunate &c. Ne approbanda uideatur sententia Fortunati, castigat eum Faustus dicens illud notũ uerbũ, Oĩa mala q̃ patimur peccata nostra meruere, Itẽ ætherei sententia iudicis æqua, Augu. em̃ docet occulta qdẽ esse interdum diuina consilia, sed tñ nunq̃ iniusta, Hoc Maro ænei.vi. Aut æquus amauit Iuppiter, Et.x.æne. Rex Iuppiter oĩbus idem, Quod scelus, graphice exprimit rusticorũ opinionẽ, qui sese insontes putãt dũ capitalibus criminib⁹ uacant. Rñdet aũt Faustus. Quęris q̃d scelus? Iurgia, i. cõtentiones q̃ frequẽtes inter rusticos sunt, vñ ꝓ magno bono duxit Maro sepẽ, dicẽs. Hinc tibi q̃ semp uicino ab limite sepes &c. Ven⁹.i. luxuria carnis. Quid meruere boni? Nõ rñdet ad hoc Fau. aut qa festinat ad narratio

Iurgia

nẽ exitus amoꝝ Amyntę, aut qa nõ decuit rusticũ q̃ theologoꝝ sũt enodare. Vñ dicit nefas esse de factis dei inquirere. Satis em̃ esse debet, quia deus ita uult qui nihil iniustum uelle potest, Itaq; ubi diuina est præceptio nulla debet esse cunctatio, ut Abraam nobis pręclare ostendit dicente diuo Augustino, nam filium non dubitauit mactare, in quo tamen propaginis promissionem acceperat. At si quæras, cur boni cum malis puniantur? Dicet̃ tm̃ temporaliter puniri bonos ut plus mereant̃, malos aũt ad uindictã, Et ita preciosa in conspectu domini mors sanctorũ eius. Mors aũt peccatorũ pessima. Nescire necesse est Altiora te ne quæsieris. Mitte arcana dei &c. Posthabitis, i. prætermissis aut minoris habitis, ut posthabui tñ illorũ mea seria ludo &c. posthabita coluisse samo, Quas, i. cuiusmodi sum⁹ experti, quia hoc cõmune malum. Semel insaniuimus omnes, Mœror & affectus alij, i. affectiones et passiones et perturbationes, De cardine, i. stabilitate, Sępe leuant. i. amouent, Animo sermo uenit æger ab ęgro, quia ex abundantia cordis os loquitur. Vnde Flaccus in arte. Format em̃ natura prius nos intus ad oẽm. Fortunarũ habitũ, iuuat aut impellit ad iram, Aut ad humũ mœrore graui deducit & angit. Post effert animi motus interprete lingua Sic habitus cosmas sapiens. Cosmas (ut opinor) medices florentinus illeditissimus & memoratissimus pater Laurentij et auus Petri medicis hic intelligitur. In postrema. i, in ultima fata, i. mortem usq;, Impendere. i, impertiri, In misero casu, i. infœlici exitu.

Posthabitis
Quas
Cardine
Cosmas medices

Præteriens illac paruo post tempore, rursum
Insanire hominem uideo, & miseratus amantem
O iterum (dixi) mens inconsulta, ueneno
Ebria fatali populo iam fabula factus
Non resipiscis adhuc, & adhuc in amore sepultus
Te ruis atq; tuos, pecus atq; mapalia tecum
Vt quondam moriens rapuit secum omnia samson
Cum senio curuatus eris (si forte senectam
Fata tibi dederint) quis sustentabit inertem
Somnolentum, inopem, cum iam defecerit omne
Robur & ingenium, sensusq; recesserit omnis?
Hæc tibi cuncta feret (nisi mors præuenerit) ætas
Esto domi uigila, obserua, super omnia semper
Prospice quo tendas, & quo uenisse dolendum est
Ire caue, discerne uias, hominemq; memento

Non ad delitias, non ad muliebria natum
Blandimenta, leui tam perniciosa iuuentæ
Ipse ego cui pecudes, cui lac, cui caseus, ægre
Vitam ago, tanta agros, omnes inuasit egestas
Tot duri rerum euentus, incommoda passim
Tanta, tot aduersis totus conuoluitur orbis

Illac

Præteriens illac, Principiũ narrationis, Illac, i. per illum locum, ubi dixi Amyntam amore lãguentẽ iacere, Paruo post tpe. Sic Maro, Respexit tñ & multo post tẽpore uenit. Vnde post & ante gratia excessus ablatiuũ re

Post & añ

gunt cum suo si uolumus casu, ut post dictã diem paruo tempore, Sine aũt casuali suo uidenr aduerbia, Vt. i, postea.

O iterum

O iterum, bonus est uersus, quia in principio carminis monosylla ba uocalia non abijciunr, ut o utinã, o ego nec corripiuntur, sicut interdum in medio, ut in buco. Te coridon o alexi

Inconsulta

trahit sua quenc uoluptas, Mens inconsulta, i. imprudens cui nihil est consilij aut pensi, Capitur em incõsultus passiue pro eo cui non est datum cõsilium, ut ænei. iij, Inconsulti abeunt sedẽc odere sibyllæ, Et tamen consulti uidentur qui consiliũ dant. sed reuera qui consulunr sepe, i. a quibus ut pru

Iurecõsult⁹ Amor

dentibus consilium petitur, Vnde non solũ iurisconsultus sed etiã iurecon sultus dicitur quasi in iure aut de iure, Veneno ebria fatali, i, amore ad fata .i. mortem ducẽte, Est em amor uenenum, quia per uenas it, unde Vulnus alit uenis. Nec tñ fato imputandũ, sed nobis, vñ diu⁹ Augusti. super illud, Ego dixi miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi, ait. Ego pec caui, non fatum, non fortuna, de hoc tñ plura iam diximus. Populo iam fa bula, i. argumentum fabulandi, non tamen dicit iam fabula facta, quia or

Resipiscis Mapalia

do est factus iam populo fabula, Resipiscis, i. iterũ sapis, & ad sapientiã re dis, Pecus atc mapalia, i. casas & caulas, Dicunr etiam sic a Virgi. ut rares habitata mapalia uillis & magalia, sed prima longa, ut ænei. i. Miratur mo lem Æneas magalia quõdam, Rapuit secum omia Samson, ut Iudicũ xvi. late describitur, nota est historia, Senectam fata tibi dederint. Qui em (vt Seneca dicit) ad extremum fati peruenerit senex morietur, Posuerunt an tiqui multiplicem mortem, ut fatalem quæ quattuor cursos saturninos ex plebat ideſt centum uiginti annos, Vltra quos fata ideſt deorũ constituta negabant posse uiuere, Et naturalem quæ tris explebat, i. xc. annos, tunc enim natura deficit, Diciturc mors merita. i. pro merito in remedium tot malorum quæ sequantur concessa. Et fortuitam ac uiolentam quæ etiã in primo cursu contingere possũt, quas omnes tangit Maro ænei. iiij. ad finẽ. Nam quia nec fato merito, nec morte peribat, Sed misera ante diem subi tc accensa furore, Hæc tibi cuncta ferent, Vnde Flaccus in arte, Multa fe runt anni uenientes commoda secum, Multa recedẽtes adimunt, De incõ

modis senectæ uide Iuuenalis satyram x. in qua dicit, Sed quã cõtinuis & quantis longa senectus Plena malis? Prospice quo tendas, i. ad quẽ statum Persius. Est aliquid quo tẽdis? Et quo, i. ad quẽ statum, Ordo est & caue ire sci. eo quo ueniſſe dolendũ est, Est domi, aut simpliciter dicit, aut quod Persius, Tecum habita & noris q̃ sit tibi curta supellex, Leui. i, facili & inconstanti, Tot duri rerum euẽtus, Licet (ut Valla docet) in plurali frequẽ tius dicatur euenta genere neutro, tamen etiam euentus legimus ut æneí. Euentus vi. Cecosc uolutat euentus,

Accipe rem non auditam, non tempore factam
Præteritò sed quam lux hæc mihi protulit ipsi
Vt mos autumno pecudes crescente rotundi
Mane foro exposui lanæ uenalia pondo
Sexaginta hodie, grande æs conflarẽ putabam
Vix uitam gregis eduxi, uix pabula possum
Mercari hybernis niuibus, quo cætera pacto
Sit uictura domus, nondum mihi constat Amynta
Quisquis amat, dominæ munuscula mittat oportet
Tu uero, cui uix tectum fortuna reliquit
Sub quo luce habitat, sub quo pernoctat egestas
Quid poteris cupidę gratum donare puellæ?
Mittere mala decem satis esse solebat amanti
Purpurei flores, & raptus ab arbore nidus
Gramen odoriferum, memini quo tempore magnæ
Credebantur opes, uentum est a gramine ad aurum
Regia res amor est, hac tempestate recessit
Mos uetus & quædam mala lex inoleuit amandi

Accipe rem nõ au. Continuat sermonẽ quẽ ad Amyntã habuit, in quo quod Amyntæ dicit oĩbus dicit qui simili capti sunt morbo. Recitat ergo argumentum pro re excogitatũ, Non auditũ, quia falsa sunt sæpe audita Vñ Plautus. Plus ualet oculatus testis unus q̃ auriti decẽ, i. un⁹ q̃ se uidisse dicat q̃ decẽ q audiuisse dici, Autũno rotũdi, alibi in maio tondent, Sexaginta pondo, i. libras, Mittere mala decẽ, Vir. in bu. Aurea mala decẽ missi cras altera mittã, Purpurei flores. Idem tibi lilia plenis. Ecce ferũt nymphę

(calathis.

Sed id amasſi poetę Vberius dicunt,& raptus ab arbore nidos,Idem.Parta mea ueneri ſunt munera,nanq; notaui Ipſe locum aerię quo congeſſere palumbes Gramen odoriferũ,Idem.Tum caſia atq; aliis intexẽs ſuauib⁹ herbis,Mollia luteola ſpargit uaccinia calta. Credebãt opes,vnde, Qui potuit uiolas addere diues erat,A gramine ad aurum, Oui. Melius nunc omen in auro eſt.Regia res,i.regalis,q̃d potius dicerem,ſed tamen & morbum regium uocant,qui regalem expetit ſumptum, Hac tempeſtate hoc tempore turbulento.

Talia ſuadenti toruo mihi rettulit ore
Si cupis optatam mihi Fortunate ſalutem
Da quod amo,noſtro hæc una eſt medicina dolori
Cętera quæ memoras mihi ſunt tormenta,reuelli
Ex animo furor iſte nequit,ea pectora imago
Virginis obſedit,mecum eſt,mecum itq; reditq;
Excubat & dormit mecum,caput oſſa medullas
Cor complexa poteſt cum ſola excedere uita
Ac ueluti quotiens aliena ex arbore ſecto
Surculus inſeritur trunco,natura duorum
Iungitur & mixto coaleſcit corpore uirga
Sic dominæ dilecta mihi ſe immerſit imago
Et fecit duo corda unum,duo traxit in unum
Pectora,ſenſus ineſt nobis quoq; ſpiritus idem
O me fœlicem,ſi cum mea fata uocabunt
In gremio dulciq; ſinu,niueſq; lacertis
Saltem anima caput hoc languens abeunte iaceret
Illa ſua nobis morientia lumina dextra
Clauderet,& triſti fleret mea funera uoce
Siue ad fœlices uadam poſt funera campos
Seu ferar ardentem rapidi phlegetontis ad undam
Nec ſine te fœlix ero,nec tecum miſer unquam
O dryades,florumq; deæ nymphæq; decentes

O nemorum Syluane pater,ſeruate precamur
Collibus in ueſtris,gelidiſq; in uallibus omne
Syluarum ruriſq; decus,circundate ſaltus
Sepibus,& prohibete pecus,ne floribus obſit
Iſta precor dominæ ſeruate in funera noſtræ
Tunc omnis ſpargatur humus,redolentia ſerta
Texite,quæ circa tumulum ſupraq; iacentem
Componantur heram,triſtes ad buſta puellæ
Pierides aderunt,& lamentabile carmen
Ore canent madido,ſignataq; uerba relinquent
Iſta ſepulturæ relegenda nepotibus olim
Hic tegitur uirgo,cui nil quin diua uocari
Debuerit deerat,niſi dura fuiſſet amanti

Talia ſuadenti,Recitat reſponſũ miſerę amantis,ſolam puellã depoſcẽtis,ut Carinus terentianus.Nihil aliud uolo niſi philomelã.Bene dicit ſuadenti & non perſuadenti,quia nihil efficit.Furor iſte,i,quẽ tu commemoraſti & dixiſti in me eſſe,Excubat,i.excubias agit,hoc eſt uigilat mecum, Ænei.iiij.Illum abſens abſentẽ auditq; uidetq;,Id quoq; Phedria optat ſibi a Thaide fieri in Eunu.Me ames,me deſideres,me ſomnies,me expectes, de me cogites,me ſperes,me oblectes,mecum tota ſis &c.Caput,unde furor in amãte,oſſa propter medullas,Ænei.iiij.Eſt mollis flamma medullas Interea & tacitum uiuit ſub pectore uulnus,Vnde hic addit,Cor cõplexa Hinc eñ dicitur cura q̃ cor urit,Surculꝰ,i.inſita quę pullulat uirgula. Duo Cura corda unum,Vnde.i.Corin.vi.Et erunt duo in carne una. Hic aũt non ex Surculus re ſed ex affectione dicit,quia nõdum adhęſit,qui adhæret(ut ipſidẽ dicit) meretrici unum corpus efficit.Et ſpiritus,i.animus,quia grẽce ἄνεμος anemos ſpiritus ſeu uentus dicitur,O me fœlicẽ,graphice exprimit affectionẽ miſerę amantis,cui dulce uidet in complexu amatæ mori,Virgi.in buco. Hic ipſo tecum cõſumeret æuo,Illa ſua nobis &c.Ex Tibullo fere ſumptꝰ locus,aut ex epiſtolis Ouidij,Triſti uoce neniam canendo.Siue ad fœlices campos.i,elyſios,de quibus ænei.vi. Deuenere locos lætos et amœna uire Elyſium ta.Fortũnatorũ nemorũ ſedeſq; beatas &c.Hos paradiſũ uocamus,Phlegeton fluuius infernalis ab ardore dictus,Nec ſine te fœlix ero,nec tecum Phlegeton miſer unquã,Ex affectione (ut dixi) loquitur,non ex debito conſilio,itaq; non eſt putandũ eam eſſe poetæ mentẽ.Quod dico propter imperitos, q non diſcernentes quando ex ſua ſententia,& quãdo ex alterius introducti

loquũtur poetę, indifferenter citant quasi ita senserint. Maro aũt sentit etiã amores perdurare post fata, unde ait in eodem vi. Curæ non ipsa in morte relinquunt, Quin putauit easdem permanere affectiones dicens, Quæ gratia currũ armorũq; fuit uiuis, quæ cura nitentis Pascere equos? eadẽ sequitur tellure repostos, Iuxta quod dictum est, Qualem te inuenio talẽ te iudico, Et ita quia æterna est damnatis peccandi libido, non enim immutari possũt, merito est ęternum supplicium, Sed ad rusticum redeam? Amyntam, cui insanus amor persuasit quod prophetæ diuinitus dicenti, Non auertas faciem tuam a me & similis ero descendentibus in lacum. O dryades, i. nymphæ arborum & præcipue quercuum, quia δρύς δρυός, i. drys huius dryos quercus dicitur. Florumq; deæ, quæ Napeæ dicuntur, Nymphæq;, i. aliarum rerum ut montium quę oreades, & fluminum quę Naiades dicuntur, & marium quæ Nereides, & arborum quoq; quæ Hamadryades. O nemorum Syluane pater, unde a syluis denominatus. Hic quoq; aduenisse dicitur ad Gallum amore pereuntem, a Virgilio in buc. unde dicit, Seruate precamur, quia nymphę amare & amari solent, Serua te (inquit) decus, i. ornatum florum & herbarũ ne floribus obsit, Virgilius geor. iiij. Nec oues hedi ue petulci Floribus insultent aut errans bucula cãpo, Decutiat rorem & surgẽtes atterat herbas. Ista, i. uestra dona dominæ nostræ, Sicem & græci & latini & barbari uxores uocant, Vnde Maro in diris, Q? mea non mecum domina est, Circa tumulum, Credebant em in ueteri superstitione beatas animas quarum corpora molliter requiescerent, Vnde Persius, Nunc non cinis ille poetæ fœlix? non leuior cyppus nunc imprimit ossa, Laudant conuiuæ, Nunc non e manibus illis, fortuna ta q; fauilla nascentur uiolæ? Et Iuuenalis. Dij maiorum umbris tenuem et sine pondere terram, Spirantesq; crocos & in urna perpetuum uer. Qui præceptorem sancti uoluere parentis Esse loco, Et Martialis, Sit tibi terra leuis, mollisq; tegaris arena, Ouidius, Ossa quieta precor tuta requiescite in urna, Et sit humus cineri non onerosa tuo, Contra imprecatur Tibullꝰ, O tu qui uenerẽ docuisti uẽdere primus, Q u? squis es, infœlix urgeat ossa lapis, Tristes ad busta puellas pierides, i. musæ, Iuuenalis. Pierides prosit mihi uos dixisse puellas. Bustum dicitur quasi bene ustum, locꝰ ubi urna condebatur. Vrna autem dicitur ab urẽdo, dicta q? ustorum teneret cineres, Ideo aũt romani qui ut nũc faciunt terra condere solebant corpora defunctorum, cœperãt ea concremare quia per bella & inuidiam eruta uidebant aliquando ossa, Diuersitatẽ tamen hanc ex philosophis ortam putãt ut qui ex terra potissimum sumpta putarant terræ mandarent corpora, q ex igne igni &c. Lamentabile carmẽ Neniam funebrem, aut corpore nõdum sepulto epicędion & eo sepulto epitaphion. In daphnide autem dicit Maro, & tumulo superaddite carmen, Relegenda nepotibus idest minoribus aut posteris,

Dryades

Napeæ
Oreades

Sepuchrũ
leue

Bustum
Vrna

O uirgo si te tantus consumeret ardor
Per centum scyllas ad te, per mille charybdes
Tranarem laturus opem, tu seuior hydra
Me fugis, at culpę nihil est in uirgine, nam me
Nescit adhuc si sciret enim succurreret ultro
Nec puto sub miti tam ferrea pectora uultu
Signa tamen uultus fallacia, sub cute molli
Mens fera, sub blanda sunt corda immania fronte
Alloquar, & faciam nostras intelligat ignes
Si tamen illa meos uultus auerterit ibunt
In lachrymas oculi, triste in suspiria pectus
Oderit illa licet semper, fugiatq; sequentem
Ista tamen quocunq; ferat, me cura sequetur
Ite procul medicæ non sum sanabilis artes
Ite procul magico qui (quod nec credere dignum est)
Carmine pallentes animas reuocatis ab orco
Ite procul uanis precibus qui flectere diuos
Creditis, aduersum est, & inexorabile cœlum
Me rapit impatiens furor, & iuuat ire per altos
Soliuagum montes, per lustra ignota ferarum

O uirgo &c. Sunt uerba Amyntæ per apostrophen puellam absentem alloquentis, Per centum scyllas numerus finitus pro numero infinito, Scyl Scylla
la aũt et charybdis pericula sunt maxima in mari siculo, fingũtur aũt a po charybdis
etis esse mõstra marina ex puellis transmutata, nã Scylla Phorci fuit filia,
Charybdis mulier uorax, De Scylla dixi in buco. Quid loquar aut scyllã
nisi aut quam fama secuta &c. De charybdi & etiã scylla ænei. iij. Dextrũ
scylla latus, leuũ implacata charybdis Obsider, Et ita quia ut dixit Horati
us in aŕte, Dum uitant stulti uitia in contraria currunt, Ducit em in uitium
uitij fuga, si caret arte, Ideo de eo qui unum periculum euitans in aliud in- Hydra
cidit, dici solet. Incidit in scyllam cupiens uitare charybdin. Tu seuior hydra, quã Hercules tandem exussit, cum amputato uno capite, illi semper bina repullulare uideret, Erat enim lacus quem exussit & locum fertilem reddidit, sed serpens aquatica fingitur, At culpæ id amatorie.

Nam ſemper amicas aut purgant aut non credunt peccaſſe, unde ille, Nec ſit mihi credere tm̃, Signa tamen uultus fallacia, ſ. ſunt, Iuue. Fronti nulla fides, quis em̃ non uicus abūdat Triſtibus obſcenis? mens fera, Vnde not⁹ ſed min⁹ idoneus auctor, Omis quæ nitido uolucris plumeſcit amictu. Nō eſt ſi ſimulat uera columba tamen Sæpe ſub agnina latet hircus pelle lyca on, Subq; Catone pio perfidus ille Nero. Si tm̃ ille meos uultus auerterit, uideꝫ hypallage, ut ſic ſi auerterit ſuos uultus a me, Id em̃ indignabūdi faciunt, ænei. i, Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat. Sed quia accipiaꝫ auerto, ſicut auerſor & auertor accipi ſolent, pro eo q̃d eſt per indignationem auertendo cōtemno, ſicut Seruius fieri poſſe aſſerit qui dicit auerto et auertor in una ſignificatione declinari poſſe. Dicetur recta locutio & non figurata, qualis eſt illa apud Boetiū, Heheu q̃ ſurda miſeros auertitur aure &c Vnde eſt frequentatiuū auerſor quo frequētius utimur, Oui. in faſtis. Officioq; leuem nō auerſatus honorē, Medicę artes. Vnde Apollo apud Oui. meta. i. dicit. Inuentū medicina meū eſt opifexq; per orbem Dicor, & herbarū ſubiecta potentia nobis. Heu mihi q⁹ nullis amor eſt medicabilis herbis. Nec proſunt domino quę prōſunt omibus artes. Ite procul, quia etiam romanis erat odioſa profeſſio. Vnde ænei. iiij. Magicas inuitā accingier artes. Quod nec credere dignū eſt, Vnde de pythoniſſa q̃ Samuelē excierat dubitant theologi an Samuelē reuera, an nequā ſpiritum in illū tranſfiguratū, q̃d Auguſtinus poti⁹ aſſerere uidetur. Animas reuocatis ab orco, i. ab inferno urgente, unde Orcus quaſi urgus a quibuſdam dictus uidetur. Sic in buco. Męrim ſępe animas imis exire ſepulchris. Atq; ſatas alio uidi traducere meſſes. Vanis precibus. Id impie ſed ex amētia amantiū, Epicuro tamen dignū. Soliuagum non in ſolo ſed ſolum uagantem, Soli aūt ſibi uidentur amantes dum ſine amato. Per luſtra, per latibula aut latebras, Ignota ſci. hominib⁹ hoc eſt inuia, Ænei. iiij. de Didone, Semperq; relinqui Sola ſibi ſemper longam incomitata uidetur Ire uiam &c. Id autem erat & eſt nunc huic futuræ mortis indicium

Auerto
Auertor
Auerſor

Orcus

Soliuagū

Talia iactantem uerbis conabar amicis
Flectere, ſed uulnus nihil inſanabile curat
Illum per campos nox intempeſta ſilentes
Illum exorta dies inter dumeta uidebat
Inſomnem ſemper, raro ſyluestria poma
Carpentem, & potu contentum ſimplicis undæ
Poſt longos gemitus, exhauſtaq; lumina fletu
Aſſiduo, poſt lamenta & conuulſa frequenti
Pectora ſingultu moriens finiuit amores

Exanimum corpus tumuli ſine honore relictum
Nocturnæ abſumpſere feræ, uolucreſq; diurnæ
Heu funeſta lues, fatalis machina paſſim Fau.
Corda uenenatis penetrans humana ſagittis
Aequiparans hominem pecudi, quę pocula Circe
Quæ peiora unquam potuit dare Philtra calypſo?
Quæ ſtyx? quis phlegeton grauior? quę maior erinnys
O ſtulti quicunq; deum dixiſtis amorem
Num natura nocens deus eſt? ubicunq; locorum
Sit deus, eſt homini clemens, innoxius, æquus
Heu miſerande puer, tenera ſublate iuuenta For.
Quę tibi naſcenti luxerunt ſydera? quæ tam
Noxia pars cœli eſt, ut te nil tale merentem
Leſerit, & primis infortunarit ab annis
Nec tamen omnino cœlum tibi defuit, omne
Carmen, et argutis quicquid modulamur auenis
Doctus eras, niſi te mors immatura tuliſſet
Dignus eras hederis, dignus parnaſide lauro
Nec melius cecinit pugnas ac triſtia bella
Hordea & agrorum cultus & paſcua noſter
Tityrus, a magno tantum dilectus Alexi
Namq; tui præcox animi ſolertia nobis
Cognita iam pridem magnam producere frugem
Cœperat, & ſpecimen tulerat uirtutis & artis
Non uulgare tuæ, poteras iam gloria dici
Ruris, et ætatis decus indelebile noſtræ
Te padus et noſtræ lugubri myncius ore
Cum nymphis fleuere ſuis, ut thracius hebrus
Orphea, te triſtes ouium fleuere magiſtri

Vt daphnim luxisse ferunt, te pascua & agri
Vndiq;, & audita est totis querimonia campis
Spargite pastores tumulum redolentibus herbis
Atq; sacerdotum cantus ac thura quotannis
Ducite, & æternam requiem cantate poetæ
Tu tamen arua tenes patriæ melioris, & altum Fau.
Incolis elysium, nos hic te flemus Amynta
Flendum hodie nobis fuerat, nam tristia nocte For.
Nescio quæ mœstis cernebam insomnia formis
Sed iam uesper adest, & sol se in nube recondens
Dum cadit agricolis uicinos nunciat imbres
Cogere & ad caulas pecudes conuertere tempus

Talia iactantem. Fortunati est in sua persona loquentis & impietatem atq; amentiã Amyntæ damnantis, Æne i. Talia iactanti &c. Verbis amicis, i. quæ amicos decent, Est em̃ amicus, a. um, adiectiuũ, unde amicior & amicissimus leguntur, Conabar id uere quia sine effectu conamur, Sed nihil idest nulla res, curat idest, purgat uulnus insanabile, Nullum tamen est in moribus tale ante suprema fata, Aut uulnus insanabile nihil, i. nihili curat uerba. Inter dumeta ubi dumi & uepres crescũt. Insomnem, i. nullũ somnum admittendum, quod misere amãtium est, æne i. iiij. At non infœlix animi phœnissa nec unquã Soluitur in somnos oculisue aut pectore noctẽ Accipit, Syluestria poma in syluis nascentia, Exhaustaq; lumina. i. oculos exhaustos, Moriens finiuit amores. Vnde & comicus. Hanc nisi mors mihi adimet nemo, Dixit tamen Maro, Cure non ipsa in morte relinquũt Sine honore tumuli, i. insepultum, Fatalis machina, alludit ad equum troianum de quo Maro æne i. ij. Scandit fatalis machina muros, Fatalis igitur machina. i, instrumẽtum ad exitium fatale ducens, Æquiparãs hominem pecudi. Vnde fictę sunt transformationes quas circe in socios Vlyssis exercuit. Psalmista, Homo cum esset in honore non intellexit &c. Philtra idest amatoria pocula ad amorem inducẽtia, Cyrce aũt & calypso ex odyssea Homerica notissimæ sunt, ad quas Vlysses appulsus dicitur &c. De cyrce
Calypso quidem solis filia ad principium septimi æneidos plura uidebis. Calypso aũt auctore Hesiodo Oceani & tethyos aut Homero iudice Atlantis filia insulam a se denominatam in mari Ionio tenuit ad quam Vlysses ut a circe discesserat naufragus peruenit, & amatorio illectus septem annos per-
Philtra manssit uixq; diu. Id potuit. Philtra aũt dicuntur, quia philos amator dicit

pocula aut carmina aut alia ad amorem inducentia, Quæ styx infernalis palus a tristitia dicta, Phlegeton fluuius ab ardore denominatus, Erinnys dicitur furia, Num idest nunquid natura nocens physice hoc dicit. Nam uirtutes naturales deos dicebant, Vnde Plinius libro ij. naturalis historiæ Fragilis & laboriosa mortalitas in partes ista digessit, fragilitatis suæ memor ut portionibus quisq; coleret quo maxime indigeret &c. Vim ergo amoris cupidinem genere masculino, quia deum dicebant. Quæ tibi nascenti luxerunt sydera, Iterum fatale putat, uide ubi de fato locuti sumus. Cœlum defuit idest benigna influentia cœli, Doctus eras. quẽuis ergo sui temporis doctum deflet, secutus Maronem in daphnide. Mors immatura idest ante maturitatem ueniens, Id enim dicitur immaturum quod nõ- Maturum
dum est maturum, Præcox aũt quod ante tempus maturũ quasi pręcoctũ Præcox
& pręcoquũ. Illud aũt (inquit Quintilianus) precox ingeniũ haud temere ad frugem peruenit, quia præcoci ingenio prædicti aut cito moriuntur aut studia deserunt. Dignus eras hederis quibus coronantur poetæ eo q; sunt in tutela liberi patris qui eis coronatus ex India redijt, Horati. Me doctarũ hederæ præmia frõtium dijs miscent superis, Persius, Quorum imagines lambũt hederæ sequaces, Iuuenalis, Vt dignus uenias hederis & imagine macta, Virgilius in buco. Atq; hãc sine tempora circum Inter uictrices hederam tibi serpere lauros, Et iterum, Hedera crescentem ornate poetam, Dignus Parnasside lauro idest in parnaso mõte Phocydis boetiam uersus
musis & Apollini sacro nascente. Est ergo parnasis patronymicum a pa- Parnasus
tria sumptum, sed hic pro nomine patrio ponitur quasi fit parnasica, Nec Parnasis
melius cecinit pugnas, ut in æne i. Et agrorum cultus, ut in geor. Et pascua idest pastores ut in bucolicis, Nam etiam pascua in geor. dicit noster, i. nostras, hoc est Mantuanus Tityrus idest Vergilius quise per tityrum in primo bucoli. carmine significauit a magno Alexi idest Augusto, Præcox solertia quia ante barbam, Et specimẽ tuleras sci. præte, aut abstuleras specimen idest ornamentum, Non uulgare, i. egregium, Cum nymphis fleure, sic Maro de daphnide in daphnide ut thracius hebrus. s. fluuius orphea sci. fleuit ut quarto geor. innuit poeta ut daphnim, De quo in buco. Vir. late. Spargite pastores, Sic in daphnide, Spargite humum foliis inducite fontibus umbras Pastores, mãdat fieri sibi talia daphnis. Et tumulũ facite, Et hæc pro epicędio sunt, quod canitur ante inhumationem, Sequentia epitaphij quod post inhumationem canitur uicem habent, Tu tamẽ arua tenes hoc quidem uidetur minus quadrare superioribus, Nam cum furor & amentia atq; impietas in superos, & uilipensio legum in Amynta dixerit, & ita mortuum nec pœnituisse significauerit, non uidetur congrue dicere & altum incolis elisyum idest paradisum, Sed purgari potest tum q; a pastoribus hæc dicuntur, tum q; asserendo elisyum incolere tacite pœnitentiam egisse significat. Cernebam insomnia fantasmata nocturna, quasi futuræ lachrymationis prognostica, idq; ex superstitione rustica.

Vicinos nunciat imbres, Geor. i. Sol quoq; & exoriens & cum se cõdet in undas, Signa dabit solem certissima signa sequentur &c. Sed illic de ortu dicit q̃d hic de occasu, Addit em̃. Ille ubi nascentẽ maculis uiolauerit ortũ Conditus in nubem, medioq; refulserit orbe, Suspecti tibi sint imbres, Cogere & ad caulas, i. ouilia, Vir. in Sileno. Cogere donec oues stabulis, numerũq; referre iussit, Tempus cogere pro cogendi, græca locutio, ut, Et iã tempus equum fumantia soluere colla.

AEGLOGA QVARTA QVAE DICITVR Alphus, de natura mulierum. Collocutores Alphus & Iannus

Ianne caper (uideo) macer est tuus esse, solebat — Alphus
Acer, & elatis in cœlum cornibus ire
Nunc deiectus humi, flaccis piger auribus herbam
Olfacit, & summis attingit gramina labris
Languet, & ex isto languore facecia surgit — Iannus
Quæ quotiens memini, risum ciet, edita nondum est
Edita cum fuerit, totus mirabitur orbis
Ianne soles narrare sales lepidissime & ore — Alphus
Suauiloquo. dic ergo tuus cur langueat hircus?
Res non ficta (deus testis) sed facta recenter — Iannus
At dulce id facinus non est narrabile gratis
Quid precij sperare licet, quæ dona reporto?
Ianne ubi congessit nidos philomela docebo — Alphus
Qui leuiter spondet promisso eludit inani — Iannus
Qui non credit inops fidei, sed pignore tutum — Alphus
Te faciam, duo tela mea deprome pharetra

Ianne caper. Principiũ huius æglogæ ex macie capri captat occasionẽ facetæ narrationis de pastore mercenario qui captus amore puellæ in foueam feris positã incidit, ubi inuẽtus & a uicinis rusticis extractus furorẽ amoris non destituit, occasione cuius graphice mulierũ ingenia describũt

Macer — Macer est qui solebat esse acer. Et elatis &c. Vnde q̃d in Ecyra de hoĩbus dicitur, etiã quibusdã beluis competit. Profecto hoc sic est (ut puto) oĩbus

nobis, ut res dãt se ita magni atq; humiles sumus, Flaccis auribꝰ. i. auricu lis laxis & pendentibus quia mollibus. Herbã olfacit Id morbi indiciũ est Risum ciet, i. excitat, a cieo secũdæ, est em̃ p̃sentis tp̃is, Totus mirabit orbis Rustica iactantia ex garrulitate hoc dicit, nam si ex persona poetæ dicat, uere illi dici posset Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Quid em̃ mirum si rusticus imprudẽs in foueã cecidit? Ianne soles narrare sales, i. nõ insulsos apologos. Vbi congessit, latinius Maro, Nanq; notaui Ipse locum aerię quo congessere palumbes. Nam quę ferre aut tendere ad locũ significant, ut conuenio confluo congero aduerbiũ ad locũ desiderant & non in loco. Potest tamen dici Vbi congessit, i. cõcinnauit et construxit post q̃ alla ta fuit materies. Qui leuiter spondet prouerbiale est, nam fere usu uenit ut qui cito promittunt difficulter promissa exhibeant & econuerso. Qui nõ credit. Alio deuerbio ex arte rhetorica respondet, Qui nõ credit inops est fidei, quia qualis quisq; est talem iudicat quemlibet, & ita qui fidus non est neminem fidum existimat, Deprome, t. exime, duo tela, i. duo spicula aut duas sagittas quę sunt pastoribus apta, Virgilius. Cum daphnidis arcum fregisti & calamos — Deprome

Incipiam, nymphæ parnasides ora mouete — Iannus
Et memorate mei dira infortunia capri
Ac philomenæos alpho concrdite nidos
Conductus mercede puer præfectus ouili
Assidue pascebat oues, caprum atq; capellas
Seruitium nobis pueri fuit utile, donec
Virgine conspecta, quæ tum huc ueniebat aquatum
Tabuit ex illo uecors iam tempore factus
Frigidius curare gregem, contemnere caulas
Cœpit, & exhausto subuertere cuncta cerebro
Cum sopitus erat, poterat uigil esse uideri
Nugabatur enim quando uigilabat, inerti
Corporis officio, soluebat somnia mente
Hunc ergo in saltu ludens per cornua caprum
Viminibus ualidis inter dumeta ligarat
Quarta dies hodie, tentans an uincula possit
Vincere ceruice ac preduræ robore frontis

Quæsitum interea nidos nemus omne pererrat
Corda subit uirgo dilecta recogitat ora
Ora,sinus,& quæ fari pudor omnia uoluit
Lux fugit interea,capri redit immemor,alta
Nocte recordatus surgit,pauiduscꝫ per umbras
Dum graditur,ruit in foueam,quæ fronde saligna
Captandis obducta feris & stramine sicco
Instar erit putei fundo irremeabilis alto
Est caper in uinclis,puer est in carcere,pastor
Nullus oues curat,iam tertia luxerat hora
Miror,oues resero ac numero,caprumcꝫ requirens
Obstupeo,puerum clamo,magalia lustro
Vera loquar magicis,ne forte liquoribus unctus
Extimui ascenso migrasset in aera capro
Nancꝫ striges tali fama est ope,nocte uagantes
Ad quædam longinqua procul conuiuia ferri
Attonitus tandem pecudes ad pascua duco
Dumcꝫ pedum meditās subeo nemus,ecce per umbras
Ecce procul caper in dumis strepit,atcꝫ reluctans
Cornibus aduersis contra sua uincula pugnat

Incipiam,Sic ænei.ñ.Incipiā Fracti bello,Nymphæ parnasides,i.musæ parnasiũ frequentare solitæ,Ora mouete,Vir.Pandite nunc helicona deę cantuscꝫ mouete.Sed quia p̄cipitur ab Hora.in arte,Nec deus intersit nisi dignus uindice nodus inciderit,Videbit quibusdā non apta inuocatio,qa nō debet deus inuocari aut induci difficultatē dissoluisse,nisi res tāta sit ut opibus humanis sciri aut geri nequeat.Vere poetę aliqñ ridicule aliqñ iuxta æstimationē inuocantis inuocationē factiũt,vñ Iuue.descripturus rōbũ dicit saty.iiñ.Incipe Caliope licet hic considere non est,cantandũ,res uera agit,narrate puellę pierides,prosit mihi uos dixisse puellas,Hoc aũt ridicule dicit,hic uero loquit rusticus,cui quā dictur⁹ est res summā difficultatē habere uisa est,vñ prius dixit totus mirabit orbis,Philomenæos q̃s philomena cōgessit,Cōductus ergo mercenarius,Seruitiũ igit,i.famulat⁹,Tabuit.i.lenta tabe exhaustus est.Vecors.i,praui aut puersi cordis,Frigidus

Tabuit
Vecors
Frigidius

i.negligentius sicut in re diligenti dicit per contrariũ Maro.Feruet opus Exhausto cerebro nimia sollicitudine effœto,Cum sopitus,i.somno obrutus erat,Poterat uideri esse uigil,Nugabat em̄.i.secum inaniter loquebat, Hora.Nescio quid meditans nugarum,Persius.Nugari solitos.Ludens,i, ad ludum ut curam animi premeret.In saltu in pascuis ubi pecudes saliunt Tentans,i.periclū faciens,quęsitū pererrat,i.pererrando it quęsitū,nō em̄ construitur prius supinum sine motu saltem latente,Et quæ fari pudor sci. est.i.gremiũ & intra gremium pudēda,Fronte saligna i.est salicum foliis. Obducta i.est obstructa in superficie captandis feris,i.est ad captādas se ras.Iam tertia luxerat hora,ſ.posterioris diei.Resero recenseo aut separo Magalia i.est casas & tuguria,Stryges sortilegę & magicis utentes, Ad quædam longinqua,Id enim sibi persuadent dæmonibus illusæ,Ecce qua si diceret præter spem

Sopitus
Nugari
Saligna
Obducta
Magalia

Terruit incautum subito feralis imago
Et nil tale ratum firmato pectore tandem
Nosco animal,subiensꝫ rubos seco uincula runca
Sero domum rediens,uideo per pascua longe
Turbam exultantem risu iuueniliter alto
Vt prope constitimus,mecꝫ agnouere,salutant
Et tuus ecce aiunt puer hirco lanne luporum
Erutus e foueis,dum nocte perambulat agros
Incidit in casses,& sic inuentus uterꝫ
Et caper & pastor,caper hæc incommoda passus
Languet adhuc,puer imprudens insanior hirco est
Virgo superbiuit mox,ut se audiuit amari
Et pueri simulans curam ignorare,pudorem
Fingit,ut ad formam faciat pudor ora sinumcꝫ
Ornat,& in terram uersis incedit ocellis
Callida uulpina rem simplicitate gubernat
Hæc studia,hi casses,hæc sunt mulieribus arma
Ille sua sperans galathea aliquando potiri
Contempta mercede suos sectatur amores
Propterea plaustro,stiua,bobusꝫ relictis

Ad pastoris opus redeo, subiecta furori
Ista iuuentutis leuitas rura omnia uexat

Terruit incautũ. Rem prosequit, Feralis, i. terribilis, ut fera. i. mors. Nã si dicatur imago feralis, i. ipsius ferę, non uideẽ ratio carminis stare, nã fera primam corripit feralis producit, Ænei. iiij. Solaqꝫ culminibus ferali carmine bubo, Incautũ & nil tale ratum. Firmato pectore tandẽ nosco animal, s. ubi propius accesserat. Seco, i, abrumpo uincula quibus in uepribus alligatus erat, Incidit in casses, in foueam in laqueos, Oui. Incidit in casses præda petita meos. Virgo subiuit, Principium principalis narrationis, Et pueri simulans curam ignorare. Non simulans curam sed simulans se ignorare curam. s. amorum. Nam simulamus id ꝺd non est esse, dissimulamus id quod est non esse. Pudorẽ fingit, i. simulat & fallaciter prę se fert. Ora sinumqꝫ in quibus est muliebris species, In terram uersis, id emꝫ pudicas decet, Vñ gnepri. Tum breuiter Dido uultũ demissa profatur, Hæc sunt mulieribus arma, mulieribus natura ante penultimã corripit sed necessitate ꝓducit. Lucanus. Si qua deum soboles, si quæ est mulieris origo. Sua galathea, puella lactea sed rustica. Vnde Maro. Nanqꝫ fatebar emꝫ dum me galathea tenebat. Nec spes libertatis erat, nec cura peculi. Cõtempta mercede. s. qꝫ a Iãno acceperat. Ista. s. uilis Leuitas, i. incõstãtia propter amores & leues mores

Fera
Seco
Simulare
Dissimulare
Galathea
Leuitas

Quod nequit ingeniũ casus facit, o stupor, o sors Alph.
Ingeniosa, o res risu celebranda bimestri
Ianne uides seruanda, tibi philomela laborat
Sed quod tam uafro memoras de uirginis astu
Rettulit in mentem, quæ psallere sæpe solebat
Carmina fœmineis olim de fraudibus Vmber
Dic Vmbri dic si quid habes, meditare parumper Ian.
Et uerba et numeros, Vmbri est memorabile carmen
Est ut ais, sed non gratis memorabile carmen Alphus
Quas referes grates? & quid mercedis habebo?
Accipe, promissis absoluo et spicula reddo Iannus.
Dum uado ad uentrẽ post hæc carecta leuandũ Alph.
Ianne meum tu coge pecus, ne uitibus obsit
O aries aries qui tortis cornibus atrum Iannus
Dæmona præsentas, semper uineta subintras

Non sapies donec fossa tibi lumina fronte
Eruero, non sunt porrecta in iugera centum
Pascua sat, nisi pampineos populeris et agros

Quod nequit ingeniũ casus facit. Interloquitur Alphus ne unius sermo fastidio sit, Sẽsus aũt est, multa quæ per ingeniũ excogitare nequeas casu in mentẽ ueniunt. Risu bimestri, i. duos menses durante. Tibi philomela laborat. i. nidificat. Vnde Maro. Sic uos non uobis nidificatis aues, Fœmineis de fraudibus. Vmber homo ex Vmbria Sũt qui Antoniũ Campanum intelligant, Dic umbri, Ordo est, dic dic inquam si quid habes umbri. i, de umbro aut de carminibꝰ eius, Vir. Quin age si quid habes in me mora nõ erit ulla. Et iterũ. Si quos aut Phillidis ignes. Aut alconis habes laudes, aut iurgia codri, Meditare exerce experire, Vir. Syluestrem tenui musã meditaris auena. Et uerba & numeros. Idem. Numeros memini si uerba tenerẽ Non gratis, i. non sine mercede, Promissis, s. palumbinis pullis & spicula, i. sagittas. Dum uado ad uentrẽ. Hoc profecto nimis rustice tam etiã rustico congruit, facit tñ poeta ad exprimendũ morẽ rusticũ. Tu coge, i. compelle in unum ne diuagetur. Vir. Tityre coge pecus. Ne uitibus obsit, depascendo pampinos, aut uuas decutiẽdo. O aries aries, allocutio rustica ad pecus sic Maro ad arbores. Et uos o lauri carpam et te proxima myrte, Sic positę qm̃ suaues miscetis odores. Non abñcit aũt nec corripitur o, quia uox monosyllaba in principio carminis posita, Atrum dæmona, i. spiritum male callidum, qui cum pingi uere non potest cornutus tñ pingitur, Non sapies, i, nõ eris sapiẽs, & fugitãs malorũ donec ego eruero tibi lumina, i. oculos, & hoc fronte fossa. i, perforata & excauata euulsis oculis, Populeris, i. deꝑderis spolies, &. i. etiam agros pampineos, i. uineas in quibꝰ uites sunt, qrũ frondes pampinos uocamus. Dicitur etiã populo, Vir. ænei. Non nos aut Iybicos ferro populare penates Venimus &c.

Bimestris
Vmber
Meditare
Coge
Populeris
Pampinus

Ianne recordatus redeo, sed plurima forsan Alphus
Nondum nota tibi referam, cognouerat Vmber
Omnia quæ fas est homini perdiscere, cœlos
Sydera, tellurem, uentos, mare, flumina, fontes
Viderat & rhodopen, atqꝫ alta ceraunia & ossam
Gallica regna ararim, rhodanum, tyberimqꝫ, padumqꝫ
Attica romanis referebat carmina uerbis
Ore utroqꝫ potens, & lingua primus utraqꝫ
Hunc unum nobis inuidit græcia, & ipsi

Arcades, & thracum ſaltus, & theſſala tempe
Si quid erit quod forte uelis tibi notius eſſe
Candidus illius ſemper documenta ſequutus
Non procul hinc hæc ille tenet, nos ille docebit
Sed iam ſeptiforem flatu experiamur auenam
Ante tamen nymphæ precor ut libethrides adſint
Præſertim quæ plus meminiſſe polymnia fertur

Rhodopen
Ceraunia
Oſſa
Araris

Tyberis
Padus
Eridanus
Attica

Tempe

vmber fuit
p̃ceptor ba
ptiſtę Man
tuani
Libethri-
des
Polymnia
Polyhym-
nia

Mulierum
incõmoda

Ianne &c. Purgata aluo redit ad narrationẽ, Viderat, hac periphraſi uidet Gregoriũ tifernatẽ dicere qui ea tẽpeſtate uixerat, Nã γρηγορέω gregoreo ſignificat uigilo, uigilantis aũt eſt multa uidere, uiderat ergo & rhodopen, i. thraciã ubi rhodope mõs eſt, atq; alta ceraunia, mõtes epiri a fulminib⁹ dicti, & oſſã montẽ theſſaliæ, Ararim qui a Lugdunẽſibus nũc ſogona dicit, utercq; aũt tã arar ſeu araris q̃ rhodan⁹ lugdunũ cõfluit, ad cui⁹ cõfluentẽ erat olim illa ara de q̃ Iuue. Aut lugdunenſẽ rhetor dicturus ad aram Tyberim fluuiũ hetruriæ qui romã p̃fluit, Padũ fluuiorũ regẽ in italia in mare adriaticũ ex alpib⁹ inferioribus incidentẽ, Vñ Homer⁹ Eridanũ qui & padus dicit ex inferis ad ſupos tẽdere dicit. Attica, i. græca & potiſſimũ attica qa attica lingua e quinq; grẽcorũ linguis cultiſſima eſt, Romanis. i. latinis uerbis. Nã aliter ea nõ intellexiſſet ruſtic⁹, Ore utroq; & grẽco ſermone et latino et primus, i. pitiſſimus utraq; lingua, Hũc unũ nobis inuidit grẽcia, i. inuide nobis eſſe cõſpexit, cũ ſimilẽ nõ haberet, q̃d in uita Antonij cãpani etiã de turchis cõmemorãt, uerũ hic tiphernatẽ intelligã, & ipſi arcades, ipſi emphaſim habet, q.d. peritiſſimi muſici, & cãtare pares & reſpondere parati et thracũ ſaltus ubi Orpheus Amphion alijq; cõplures uerſati ſunt uates, & tẽpe. i, amœniſſima loca theſſaliæ, in quibus etiã muſicus chorus uerſatus eſt. Cãdidus illius &c. Per Candidũ credo poetã intelligi cui⁹ exterior ueſtis ut carmelitis cæteris & mens fere cãdida eſt hęc. i. documẽta umbri, Sed iã ſeptiforẽ, i. ſeptẽ foramina habentẽ. Vir. Eſt mihi diſpari⁹ ſeptẽ cõpacta cicutis. Fiſtula Libethrides nymphę, i, muſę aut libethriũ locũ quendã in thracia aut libethriũ fontẽ in Magneſia regione theſſalię adiuncta incolẽtes, Maro. Nymphæ noſter amor libethrides &c. Præſertim q̃ plus ſubaudi cęteris, alioqui dixiſſet plurimũ, polymnia πολυ. i. multum & μνεια mnia. i. memoria, dicit etiã polyhymnia. i. multorũ hymnorũ ſeu laudũ, Hora. Nec polyhymnia Lesboum refugit tendere barbyton.

Fœmineum ſeruile genus, crudele, ſuperbum
Lege, modo, ratione caret, confinia recti
Negligit, extremis gaudet, facit omnia uoto
Præcipiti, uel lenta iacet, uel concita currit.

Fœmina, ſemper hyems atq; intractabile frigus
Aut canis ardentes contriſtat ſydere terras
Temperiem nunq̃. nunq; mediocria curat
Vel te ardenter amat. uel te capitaliter odit
Si grauis eſt, mœret toruo nimis hernica uultu
Si ſtudeat comis fieri grauitate remiſſa
Fit leuis. erumpit blando laſciuia riſu.
Et lepor in molli radiat meretriceus ore.
Flet, ridet ſapit, inſanit formidat, & audet
Vult, non uult, ſecumq; ſibi contraria pugnat
Mobilis inconſtans, uaga, garrula, uana, bilinguis
Imperioſa, minax, indignabunda, cruenta
Improba, auara, rapax, querula, inuida, credula, mendax.
Impatiens, onerosa, bibax, temeraria, mordax.
Ambitioſa, leuis, maga, ſena, ſuperſtitioſa
Deſidioſa, uorax, ganeæ ſtudioſa, palatum
Docta, ſalax, petulans, & dedita molliciei
Dedita blanditijs curandæ dedita formæ
Iræ odijq; tenax, in idonea tempora differt
Vlciſcendi animos, infida, ingrata, maligna.
Impetuoſa, audax fera, litigioſa, rebellis
Exprobrat, excuſat tragica ſua crimina uoce
Murmurat, accendit rixas, nil fœdera pendit
Ridet amicitias, curat ſua commoda tantum
Ludit, adulatur, defert, ſale mordet amaro
Seminat in uulgus nugas, auditaq; lingua
Auget, & ex humili tumulo producit olympum
Diſſimulat, ſimulat doctiſſima fingere cauſas
Ordiriq; dolos, fraudiq; accommodat ora
Ora omnes facili caſus imitantia motu.

Facul

Fœmineũ ſeruile genus, Multa in muliebrẽ ſexũ ſupercilioſe dicuntur, quę omnia in malas dici poſſunt, ſed rariſſime ſunt bonæ ſecundũ Luciliũ qui dicit. Heu facul eſt homini inuẽtu bona fœmina nuſquã, ubi facul pro facile antique dixit. Et Suſarion megarenſis antiquę comœdiæ princeps Audite populꝰ, Suſarion hęc dicit filiꝰ Phillini megarẽſis tripodiſcius. Malũ ſunt mulieres ſed tamen o populares nõ adeſt inuenire domũ ſine malo

Modo

Multa tñ etiam in ſanctis literis in bonarũ cõmendationẽ dicunt, Sed mulierem fortẽ quis inueniet? Modo. i, moderatiõe, de qua Hora. i, ſer. Eſt modus in rebus ſunt certi denique fines. Quos ultra citraq; nequit conſiſtere rectum, Extremis gaudet quę ambo mala ſunt, quia uni uirtuti duo uitia opponũtur, alterũ per abundantiã, alterũ per defectũ peccans. Aut canis. i, canicula aut ſyrius. Odit p̃teriti eſt uocis, & ita producitur. Nec reperias apt̃ idoneos odio, niſi ſemel apud Ciceronẽ odias. Nimis hernica, i. aſpera ut

Odit
Hernica

hernici montes in italia aſperrimi. Grauitate remiſſa fit leuis, quia dũ uitãt ſtulti uitia in contraria currunt, Dixit em̃ in uitiũ uitiũ fuga, ſi caret arte, Lepor meretriceus, i. ſuauiloquiũ & blanditiæ meretricibus dignę. Sibi cõtraria, i. inconſtans, Vnde addit Mobilis inconſtans, Æne. iiij. Variũ & mutabile ſemp Fœmina. Imperioſa. i, affectatrix imperij, Indignabũda faſtidiens frequenter, Cruenta cruoris & ſanguinis appetẽs, & maxime (ut Iuuenalis docet) uindictæ, Improba, i. improbanda, Auara quia rapax, ſed tñ inutiliter expendit, Iuuc. Prodiga non ſentit pereuntẽ fœmina cenſum. Ac uelut exhauſta rediuiuus pullulet arca Nummus, & e pleno ſemper tollat aceruo, Nõ unquã reputant quanti ſua gaudia cõſtent. Rapax ergo ut expẽdat. Querula, quia ut dicit Iuuena. Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat. Maga. i. ſortilega magicæ arti intendens, ut Iuue. docet. Hic magicos affert cantus, hic theſſala uendit Philtra, quibus ualeant mentẽ uexare mariti. Lena etiã filiarum uẽditrix, Iuue. Scilicet expectas ut tradit mater honeſtos. Aut alios mores q̃ quos habet utile porro, Filiolã turpi uetulæ producere turpẽ. Superſticioſa q̃d idem Iuuena. in vi. docet, ut cætera fere quę hic habentur. Ganeæ ſic & alij chriſtiani poetæ, ſed ganeo primã producit Satyricus. Occultas ganeo pultes, Palatum ☞octa. i. delicata, Salax, i. luxurioſa. Tragica uoce, i. quaſi utũtur tragici dum infortunia regum lamentãtur, Litigioſa quia nulla fere cauſa eſt in qua non fœmina litẽ mouerit, Nil, i. nihil pendit fœdera. Ludit. i, illudit, Adulat defert. i, clam defamat & crimen occultũ pandit, Sale amaro, i. ſalſa & callida reꝑhenſione, Seminat, i. diſpergit in uulgus rugas, i. res friuolas. Ex humili tumulo producit olympum. i. nil ſibi non promittit poſſe efficere, Ora omnes (ordo) accommodat in quã ora imitantia facili motu omnes caſus ideſt euenta omnia, hoc eſt ſcit ſe accommodare rebus, & ridere cum ridentibus & flere cum flentibus, immo interdum utrunq; ſimul

Maga

Lena

Ganeæ
Salax

Nil
Ludit
Adulatur

Non potes inſidias euadere, non potes aſtum

Vincere, tantæ artes ſolertia tanta nocendi
Et quanq̃ uideas oculis preſentibus, audet
Excuſare nefas, potis eſt eludere ſenſus
Sedulitate animi, nihil eſt quod credere poſſis
Et nihil eſt quod non ſi uult, te credere cogat
His facient exempla fidem, quæ crimina non ſunt
Fœminea tentata manuꝰ dedit hoſtibus arcem
Decepta ornatu brachi Tarpeia ſiniſtri
Seuijt in natos manibus Medea cruentis
Tindaris ægeas onerauit nauibus undas
Scylla hoſtem ſequitur patri furata capillum
Fratrem Biblis amat, ſubicit ſe myrrha parenti
Concubitus nati longæua Semiramis ardet
Cauſa necis uati coniunx fuit amphiarao
Occidere uiros uocturnis belides armis
Orphea membratim cicones ſecuere poetam
Cognita luxuriæ petulantia Paſiphaeæ
Phedra pudicitiam contra crudeliter auſa eſt,
Decepit iudea uirum Rebecca, ſuamq;
Progeniem uelans hircino guttura tergo
Porrigit Alcidę coniunx fatale uenenum
Decipit Hippodame patrem, lauinia troes
Implicat ancipiti bello, bryſeis Achillem
Depulit e caſtris, demens Chryſeide factus
Fulminat Atrides, & ſentit Apollinis iras,
Eua genus noſtrum fœlicibus expulit aruis.

Non potes. Eandem rem proſequitur. Aſtum. i, aſtutiã, Nihil eſt quod credere poſſis, quia & quanq̃ uideas oculis &c. Iuue. Nihil eſt audacius illis. Deprenſis iram atq; animos a crimine ſumunt. Quæ crimina non ſunt fœminea tentata manuꝰ q. d. Nulla non ſunt & ita omnia ſunt, Tarpeia uirgo Tarpeia

Aſtum

ut armillas quas in brachijs hostium uidit haberet, tradit illis arcem capitolina m, unde armis brachiorum obruta interijt. Dicitur aũt hic brachi pro brachij, quia aliter uersus non staret, Seuijt in natos, Virgilius, Seuus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare man⁹. Nam Medea ab Iasone spreta omnes communes liberos præter thessalum trucida
Medea uit. Tyndaris ideſt helena tyndari ut putabaſ filia, a paride rapta aut ipsũ
Tyndaris secuta mille carinis a græcis repetita est. Scylla Nisi megarensium regis filia abscisso purpureo capillo quẽ pater sacratum habuit ad Minoa hostẽ
Scylla pertulit, Biblis (ut Ouidius metamor. ix. docet) exarsit amore Cauni fra-
Biblis tris, a quo spreta in fontem sui nominis conuersa est, Subicit se myrrha parenti, s. Cinarę, de quo libro x. metamor. quę etiã in myrrham arborẽ illic
Myrrha conuersa dicitur. Est aũt in uerbo subicit syncopa. Nam si (ut debet) subij
Semiramis cit scribere tur esset positio breuis, fecerunt tamẽ id alij quoq;. Semiramis regina Babylonię & regni Assyriorum moderatrix, exarsit amore Nini
Belides filij, quem se diu simulauerat, ut Iusti. docet libro primo, Causa necis | vati coniunx fuit. s. Eriphyle, de qua in thebaide Statij multa leguntur. Belides Beli neptes filiæ Danai fratris ægypti regis, quæ quinquaginta nupserunt totidem patruelibus, i. patrui ægypti filijs coactę ab eo, sed a patre qui ab oraculo habuit sibi cauendum a tali genero persuasæ, prima nocte omnes maritos suos interfecerunt pręter Hypermestram quæ Lino pepercit, a q̃
Cicones Danaus obtruncatus est. Cicones mulieres thraciæ (ut auctor est Virgili⁹
Pasiphae in fine geor.. Pasiphae uxor Minois regis cretensiũ amore tauri incensa se in ligneam uaccã a Dędalo effictam includi fecit, & sic cum tauro cõcumbens, & postea cum Minoe Minotaurũ genuit, Ordo est petulãtia luxuriç
Phedra pasiphaæę, i. ipsius Pasiphaes est sup. cognita. Phedra pasiphaes & Minois
Hippolyt⁹ filia Hippolytũ priuignũ cui desponsata sed non tradita a Theseo fuerat, interpellauit de stupro, at cũ ille renueret ne patri iniurius sit, detulit apud patrẽ quasi ille interpellasset, unde credulus pater a Neptuno siue a patre Ægeo impetratis phocis marinis beluis equi Hippolyti in furorẽ uersi ipsũ
Hippos dissoluerunt, unde & Hippolytus ab hippos q̃d est equus & equa & lyo
Lyo ,i. dissoluo dictus prędagio quodã uidetur, nam ab Hippolyte matre id no
Rebecca men prius habere potuit, Decepit iudæa Rebecca uirũ. s. Isaac, cuius oculi caligauerũt, suamq; progeniẽ, i. filiũ chariorẽ Iacob, uelans hircino tergo ,i. pellibus hircorũ aut caprorũ ut pilosus percipereſ ut erat Esau. Cõiunx s. Deianira, Fatale uenenũ. i. tunicã sanguine uenenato Nessi intinctã dedit
Deanira Alcidę. i, Herculi alcei nepoti putatiuo, Nam amphitryoniades dicitur cũ
Alcides Iouis sit filius, Hippodame œnomai helidis & Pisę regis filia patrẽ decepit
Hippoda quia pelopi in pernicię patris nupsit, Erat eñ in fatis tunc patrẽ decessurũ
me qñ illa nuberet, nupsit aũt superata in curuli certamine, dolo tamen myrtili
Hippoda- aurigæ, Dicit etiã Hippodamia quasi equorũ domitrix, Lauinia filia Lati
mia ni turno desponsata, a matre amata, & Æneæ per oracula & patris assensũ
Lauinia troianis multis exitij causa fuit, Briseis quę Achilli sorte obuenerat, quum
Briseis

abducta chryseide quę Agamẽnoni obuenerat, hanc Agamemnon ui ab stulisset effecit ut Achilles iratus armis abstineret, multos græcorũ interimi sineret, donec Patrocli amici necem ulcisci uellet. Atrides, i. Atrei filius saltẽ putatiuus, Agamemnon fulminat ira & amore æstuat factus demẽs chryseide, i. per amorẽ chryseidos filię Chrysei sacerdotis Apollinis, q cũ infulatus in exercitum græcorum filiam repetitum uenisset nec obtinuisset, seui pestilentia ab Apolline impetrata, tandem eam abduxit. Sentit ergo iras Apollinis ideſt pestem qua totus exercitus mulctabatur, Fœlicibus aruis, paradiso

Atrides Fulminat Chryseis

Credite pastores, per rustica numina iuro
Pascua si gregibus uestris innoxia uultis
Si uobis ouium curaest, si deniq; uobis
Grata quies, pax uita, leues prohibete puellas
Pellanturq; procul uestris ab ouilibus omnes
Thestylis & phyllis, galatea, neæra, lycoris
Dicite quæ tristem mulier descendit ad orcum
Et redijt; potuit si non male sana fuisset
Eurydice reuehi per quas descenderat umbras
Rapta sequi tenuit fessam Proserpina matrem
At pius Aeneas redijt, remeauit & Orpheus
Maximus Alcides & Theseus & duo fratres
Vnus equis, alter pugnis bonus atq; palęstra
Et noster deus (unde salus & uita) resurgit
Hæc sunt pastores, hæc sunt mysteria uobis
Aduertenda, animi fugiunt obscœna uiriles
Fœmineas loca delectant infamia mentes
Vt semel in scopulos uento contortus & unda
Nauta scit incautis monstrare pericula nautis
Sic senior longo factus prudentior usu
Præteritos meminit casus, aperitq; futuri
Temporis euentus, uitæq; pericula monstrat
Si fugiunt aquilam fulicæ, si retia cerui

Si agna lupum, si damma canem, muliebria cur non
Blandimenta fugis? tantum tibi noxia pastor?

Credite pastores. Conuertit sermonē ad pastores quorū docendi gratia hęc de fœminis dixit. Per rustica numina. Id antique nisi ad deū & sanctos qui bus arua custodiæ sunt referamus. Thestylis &c. Harum em̄ meminit Virgilius in buco. dicens. Thestylis et rapido fessis messoribus æstu. Allia
Thestylis serpillumq; herbas contundit olentes. Et iterū. Iam pridem a me illos abducere thestylis orat. Itē Phyllida mitte mihi meus est natalis iola, et Phyllida amo ante alias, nam me discedere fleuit. Itē Malo me galathea petit lasciua puella. Et huc ades o galathea &c. Item ille Neæram Dū fouet. Itē Tua cura lichoris Perq; niues aliū perq; horrida saxa secuta est, Dicite. Ingenioſa excogitatio. Raptæ legunt mulieres ab inferis & uere raptæ, sed
Eurydice nō redijsse. Eurydice orphei coniunx cū eam Aristeus pastor insequeret a serpēte qui in herbis delituit extincta, ab orpheo cytharę beneficio redēpta ab inferis fuit. ea lege ut eam non respiceret quod tamē fecit, vñ reuerti coacta est, quod iiij. geor. ad finē graphice describit. & a Boetio non segniproserpina ter. Proserpina Cereris filia a Plutone surrepta, & a Cerere matre inuenta redēpta fuisset si nihil apd inferos gustasset. sed granū pomi gustauit ut nō rediret. Vnde geor. i. Nec repetita sequi curet Proserpina matrē. At pius Æneas redijt, postq̄ illuc duce Sibylla patris uidendi gratia descendisset, ut vi. ænei. late dicitur. Remeauit & Orpheus relicta tamē cōiuge. Maxim⁹ alcides. i. Hercules ut Perithoum redimeret, Vir. Quid thesea magnū, q̄d memorem alciden? Et duo fratres, unus. s. Castor tñ Virgi. ponens nomen
Gemini castor & Pollux pro nomine dixit. Domitus pollucis habenis. Alter pugnis. s. pollux, Fratres gemini in cœlum translati, ubi geminos constituunt signū tam latū ut dum alterū occidat, alterum oriri incipiat, Vnde fabulæ locus est ut alter mortalis quippe a Tyndaro genitus, alter immortalis ut ab Ioue satus dicat, sed mutua charitate ita deuincti ut immortalitatē cōmunicarent, & al
Alter Alius tero moriente alter reuiuiscat, Vnde vi. æne. Si fratrē pollux alterna morte redemit, Itq; reditq; uiā totiēs, Melius aūt legitur alter q̄ alius, quia alter de duobus, alius de pluribus dicitur, Et noster deus dominus noster Iesus christus qui descēdit ad inferna & tertia die resurrexit a mortuis, Aduertenda considerāda, Animi uiriles fugiunt obscœna naturaliter quidem. Vsq; adeo ut qui non fugiunt effœminati dicātur aut muliebres, Vnde est illud Ennij apud Ciceronē in primo de officijs. Vos etem̄ iuuenes animos geritis muliebres. Illaq; uirgo uiri, Femineas loca delectāt infamia mētes, id quidem de turpibus uerum est. Vt senior, Vult sibi in ea re experto fidē adhiberi, sicut nautis ueteranis de periculis marinis creditur, Fulicæ aues
Fulicæ sunt marinæ. Docet aūt beluas prudentiores in fugiendis nociuis ac insidiosis quam nos simus.

Est in eis pietas crocodili, astutia hyenæ

Cum flet & appellat te blandius, insidiatur
Fœmineos pastor fugito (sunt retia) uultus
Non animis, non uirtuti, non uiribus ullis
Fidito, non clypeo cuius munimine Perseus
Vidit saxificæ colubros impune Medusæ
Monstra peremerunt multi, domuere gigantes
Euertere urbes, legem imposuere marinis
Fluctibus, impetui fluuiorum, & montibus aspris
Sacra coronarunt multos certamina, sed qui
Cuncta subegerunt sunt a muliere subacti
Rex qui pastor erat, funda spolioq; leonis
Inclytus & natus, qui templa sionia fecit
Primus, & excellens inuicto robore Sanson
Fœmineum subiere iugum, minus officit ignis
Saxa minus, romphęa minus, minus hasta, minus mors
Nec formæ contenta suæ, splendore decorem
Auget mille modis mulier, frontem ligat auro
Purpurat arte genas, & collocat arte capillos
Arte regit gressus & lumina temperat arte
Currit ut in latebras ludens perducat amantem
Vult dare, sed cupiens simplex & honesta uideri
Denegat & pugnat, sed uult super omnia uinci
Fœmina ceciaco (res mira) simillima uento est
Qui trahit expellens mendaci nubila flatu

Est in eis pietas crocodili. Crocodilus animal est terrestre & aquatile, Crocodil⁹ crescit ex minimo ad decem & septē & amplius cubitos, quibusdā ęgyptiorum crocodili sacrosancti sunt, quibusdā non sunt, sed ueluti hostes exagitantur. Vnde Iuuena. Crocodilō adorat Pars hæc. Est aūt hęc belua quę oua parit instar anserinorū, contra fugaces terribilis, contra insequētes aūt fugax, hebetes oculos habet in aqua, extra aquā acerrimi uisus est, Cōspecto homine emittit lachrymas mox appropinquantē deuorat, unde factū

est prouerbiũ, Lachrymę crocodili de his qui sub specie pietatis homies fallunt, Graphice ergo dicit. Est in eis pietas crocodili. Hyęna aũt animal
Hyęna est in Africa præcipue nascens, V trancq; ei naturam esse nonnulli existimãt, & alternis annis marem, alternis fœminam fieri, hoc Aristote. negat
Collum ei & iuba cõtinuitate spinæ porrigitur, flectiq; nisi circumactu totius corporis non potest. Humanũ sermonem inter pastorum stabula assimilare dicitur, nomenq; alicuius discere quem foras euocatum dilaceret,
uomitionem etiam hois imitari ad sollicitandos canes quos inuadit. Solet
pterea id animal sepulchra eruere ut corpora inquirat, hęc Sipontinus. Ob
quę recte dicitur astutia hyęnæ. Fidito, i. cõfidito. Nõ clypeo. s. crystallino
Fidito ipsius Palladis cuius munimine protectus Perseus Medusam interemit, e
Medusa cui⁹ sanguine natus fingit pegasus equus alatus, Erat aũt Medusa una triũ
gorgonũ quę unũ habuisse oculũ quo uicissim uterentur dicuntur, hoc est
unionem seu margaritã, erat aũt pulcherrima. Vnde se inspicientes in stu
porem traxit, & ita in saxa uertere dicta est. Hanc em̃ uisam Neptunus ar
dens amore in templũ uscq; Palladis inse cut⁹ illic oppressit, unde irata dea
ipsius capillos qbus Neptuno placuerat in angues mutauit, deditq; ut oẽs
Perseus eam inspicientes in lapides uerterentur, Perseus aũt dicitur Danaes Achri
sij regis argiuorũ filiæ ab Ioue oppressæ filius. Monstra peremerunt multi
ut Hercules Theseus Perseus domuere gigantes, ut dij in bello giganteo
& Hercules Anteum in libya, & Gerionẽ in Hispania. Cacũ in italia, & ali
os alibi, Euertere urbes ut Scipio Carthaginẽ in Aphrica & Numantiã in
Hispania, Græci troiam & alij alias. Legem imposuere marinis fluctib⁹
Xerxes ut Cæsar & Augustus lucrino lacui, Xerxes qui põtẽ super mare extrux
it, & cum diritũ uideret flagellis cedi iussit, & mõtibus aspris, ut idẽ Xerx
Athon es qui Athon montẽ æquauit solo & pro parte nauigabilem fecit. Iuuena.
Velificatus athos, Dicitur aũt aspris per syncopã pro asperis. Sed qui cũ
cta subegerunt, Iuue. in vi. Nunc patimur longę pacis mala seuior armis
Luxuria incubuit & uictũ ulciscit orbẽ. Rex qui pastor erat, Dauid funda
qua Goliath strauit spoliocq; leonis, quẽ se adhuc pastorẽ interemisse dicit.
Sion Inclytus & natus, i. filius eius Salomon, qui templa Sionia, i. Hierosolymi
tana, Nam sion principalis pars Hierosolymę est. De his in libris regnorũ
Romphæa et de Sansone in libro Iudicũ dicit. Romphęa framea q̃ angelus a paradiso
terruit. Plebei ac triuiales sunt uersiculi, Adam Sansonẽ Loth Dauidẽ Sa
lomonem, Fœmina decepit, quis modo tutus erit? Frontẽ ligat auro quod
Pũrpurat crinale uocant, aut reticulo aureo seu aurato. Purpurat. i, purpureas facit,
hoc est rubicũdas arte, s. phucatoria. Lumina, i, oculos. Currit ut in latebras
ludẽs perducat amantẽ, vñ poeta Malo me Galatea petit lasciua puella.
Et fugit ad salices & se cupit ante uideri. Aut ad eã respicit de qua Prouer.
vij. mirũ in modũ graphice loquit Salomon. Omitto uerba quia in mani
b⁹ sũt. Vult dare, s. stuprũ & copiã sui, sed uult super oĩa uinci ut uim sibi il
Cęciaco latã dicat. Cęciaco uẽto, Cęcias em̃ trahit ad se nubes q̃s alij uẽti propellũt

Quisquis es (expertus moneo) tentare recusa
Dum licet, hic fragilis quod habet fastidia sexus
Immundum natura animal, sed quæritur arte
Mundicies, id luce opus est, ea somina nocte
Deglabrat, lauat & pingit, striat, ungit & ornat
Tota dolus, tota ars, tota histrio, tota uenenum
Consilio speculi gerit omnia, labra mouere
Discit, & inspecto uultum componere uitro
Discit blandiri, discit ridere, jocari
Incedens humeros discit uibrare, nateſq;
Quid sibi uult nudum pectus? quid aperta superne
Rimula, quæ bifidam deducit in ubera uallem?
Nempe nihil, nisi quo uirus penetrabile sensum
Plus premat, & stygię rapiant prȩcordia flammæ
Hi iuuenum scopuli, syrtes, scyllæ atq; charybdes
Hæ immundæ phinei uolucres, quæ uentre soluto
Proluuie fœda thalamos, cœnacula mensas
Compita, templa, uis, agros, mare, flumina, montes
Infestare solent, hæc sunt phorcynides ore
Monstrifico, extremis libyæ quæ in finibus olim
Aspectu mutare homines in saxa solebant

Quisquis es (exptus moneo) parẽ thesis est, tẽtare. i. attẽtare et periculũ fa
cere recusa, dũ licet, vñ Dũ licet indigno subtrahe colla iugo. Et iterũ. Prin Tentare
cipijs obsta, sero medicina parat. Dũ mala plõgas cõualuere moras. Fasti Fastidia
dia. i, supbos contẽptus. Immundũ natura anial, si aĩo uituperãdi hoc dice
ret ineptiret, nã si natura immũdę & cura ac arte mũdæ sunt, in hoc ueniũt
laudãdę q⁹ arte naturã corrigũt, uerũ aĩo dehortandi ab earũ illecebris et
fucata uenustate id dicit. Id luce opus est. i, nihil aliud faciũt noctes & dies
siue noctu & interdiu. Deglabrat leuẽ & glabram facit cutẽ rugis & pilis
amotis. Striat in tricas colligit capillos. Tota. s. es, aut existens dolus tota hi
strio ludia & scurrilis, tota uenenum, quia uritq; uidendo fœmina, & tactu
inficis, Vnde quidam. Est tactu uiscus mulier uisu basiliscus. Humeros dis
(cit uibrare, id nimium petulantes faciunt quæ humeros

agitant ſicut in amplexu,nam honeſtas matres ſtudent eſſe dimiſſis hume
Rímula ris & nates,i.clunes,Satyricus, Tremulo deſcendũt clune puellæ, Rímula
Bífida .i.fiſſura ueſtiũ in ſinu inter mammillas,quę biſídam,i.in binas partes diui
Vírus ſam.Vírus,i.uenenũ quo uiſa inficit,Flammę ſtygię,i,infernales,poti⁹ dix
Pręcordía iſſem phlegetonteæ.Pręcordia ſunt tenues mẽbranę circa cor, quę dicunt
affectionũ ſiue paſſionũ ſedes.Hi iuuenũ ſyrtes.i.breuia uada arenoſa,in
quę qui inciderit difficulter euadit,Allegorice ergo ſumma pericula intel
ligit,ſicut ſunt ſcylla & charybdis in mari ſiculo.Immundæ phinei uolu
Harpyiæ cres,i.harpyiæ,de quibus æne.iij.Excipiunt ſtrophades graio ſtant nomíe
dictę, Inſulę Ionio in magno,quas dira celeno,Harpyiæq; colunt alię phí
ne ia poſtq̃ Clauſa domus,menſaſq; metu liquere priores. Triſtius haud
illis monſtrum nec ſeuior ulla Peſtis,& ira deũ ſtygiis ſeſe extulit undis,
Virgineos uolucrũ uultus fœdiſſima uentris.Proluuies uncæq; manus &
pallida ſemper Ora fame.Phineus aũt rex arcadię liberis nouercã ſubdux
Phíneus it,eoſq; ut illi cõplaceat excecauit.Ob quã rẽ irati diĩ ei oculos ſuſtulerũt
& immiſerunt harpyias quę illi cibũm abriperent q̃d & diu fecerunt, ſed
quia argonautas hoſpicio ſuſceperat miſerunt ad eũ Zetum & calaim bo
reæ regis ac uenti thraciæ ac orithyię ab eo raptæ filios iuuenes elatos,q̃
Cœnaculũ eas ad ſtrophadas uſq; pepulerũt.Cœnacula altiora domus,aut pro locis
Incéſtare in quibus cœnatur. Inceſtare.i.polluere & nõ caſtum reddere,Ænei.vi. Et
totã inceſtat funere claſſem,Hæ ſunt phorcinides.i.gorgones,Oui. Finib⁹
extremis libyes ubi feruida tellus. Accipit oceanum demiſſo ſole calentẽ
Squallebant late phorcinidos arua meduſæ

Per Vm
brum intel
lige Grego
rium thifer
num,ut ipẽ
met auctor
dixit Tho
mæ vuol
phio iunio
ri mantuæ

Carmina doctiloqui curſim recitauimus Vmbri
Quæ ſi uiſa tibi nimium prolixa memento
Ipſius id rei uitium non carminis eſſe
Non longum eſt carmen,mulierum amentia longa eſt
O memorande ſenex quo ſe uetus umbria tantum Ian.
Iactat,& ipſe tuæ tyberis conterminus urbi
Martia non ab re tantum te Roma uocabat
Ipſa tuas artes,& non triuialia norat
Carmina,te uita functum fleuere latinæ
Naiades & graiæ,tua molliter oſſa quieſcant
Semper,& in ſummo mens aurea uiuat olympo

Carmina doctiloqui. Hunc(ut dixi) licet aut Antoniũ Campanum in
telligere,aut Hetruſcũ petrarchã,aut aliũ quẽuis ea tẽpeſtate doctũ. Ipſius

id rei contra artem producit ſyllabã,nam quintę declinationis nõ produ
cunt e ante i niſi præcedat i, & ita rei ſpei fidei plebei penultimã corripiũt
Poſſumus uerſum emendare ſic.Ipſius eſſe rei uitiũ nõ carminis illud, Nõ
longũ eſt carmen,unde Martia. Non ſunt longa quibus nihil eſt q̃d deme
re poſſis,Martia Roma,aut bellicoſa olim,aut martẽ auctorẽ habẽs, vnde
Liuius in præfatione. Si cui populo licere oportet cõſecrare origines ſuas
& ad deos referre auctores, ea belli gloria eſt populo romano ut cum ſuũ
conditoriſq; ſui parentẽ Martem potiſſimũ ferat tam hoc gentes humanę
patiãtur æquo animo q̃ imperiũ patiuntur. Et non triuialia,non uulgaria,
Vir. Non tu in triuiis indocte ſolebas Stridenti miſerũ ſtipula diſperdere
carmen? Te uita functum,i.defunctũ,Latinę Naiades,i.fluminũ ac fontiũ
italicorũ nymphæ propter ſermonẽ latinũ,& graiæ,i.græcę propter græ Naiades
cum, Tua molliter oſſa quieſcant. Vnde prius ubi de ſepulchro leui locuti Graiæ
ſum⁹ diſſeruimus,hoc ad ueterũ pertinet ſuperſtitionẽ,nam verius Maro
dicit. Facilis iactura ſepulchri,& Seneca. Quid refert humi an ſublimi pu
treſcam? Mens aurea.i.pulcherrima uiuat olympo,i.cœlo,hoc catholico
uiro dignum eſt, Olympus autẽ Macedoniæ mons altiſſimus,pro cœlo a
græcis potiſſimum poni ſolet. Olympus

AEGLOGA V. QVAE DICITVR CAN didus,de conſuetudine diuitum erga poetas, Col locutores Syluanus & Candidus.

Candide nobiſcum pecudes aliquando ſolebas Syl.
Páſcere,& his gelidis calamos inflare ſub umbris
Et miſcere ſales ſimul & certare palæſtra
Nunc autem quaſi paſtores,& rura peroſus
Paſcua ſopito fugis & trahis ocia cantu
Vos qbus eſt res ampla domi,qbus ubera uaccę Can.
Plena ferunt,quibus alba greges mulctraria complent
Cymbia lacte niuent,& pinguia prandia fumant
Carmina laudatis,ſi quid concinnius exit
Plauditis,ac læti placidas extenditis aures
Pro numeris uanas laudes,& inania uerba
Redditis,interea paſtor ſitit,eſurit,alget
Nonne poteſt curare greges,& dicere uerſus

Cum uacat? & positis uitam traducere curis
Omnẽ operã gregibus pastorẽ impẽdere oportet Can.
Ire, redire lupos arcere, mapalia sæpe
Cingere mercari paleas & pabula, uictum
Quærere, nil supereſt oci laudabile carmen
Omnem operam totumq; caput Syluane requirit
Grande utrunq; opus eſt & noſtris uiribus impar
Cum cecini, ſitio, ſitienti pocula nemo
Porrigit, irrident alij, tibi penula dicunt
Candide trita, genu nudum, riget hiſpida barba
Iam ſyluæ implumes & hyems in montibus albet
Iraſcor, doleo, indignor, fert omnia uictus
Lanicium, fœtuſq; mares, non uendimus agnas
Sed quia lac paſcunt, premitur nihil, ubera ſiccant

Candide nobiſcũ &c. Argumentũ huius æglogę eſt deteſtatio tenacitatis diuitum in poetas, quorũ ingratitudine & auaritia aurea uena in poetis extinguitur, Per candidũ aũt mihi uero ſimile fit poetã poſſe intelligi, per Syluanum quẽuis diuitem auarum. Inducit tñ utrunq; pastorẽ, unde dicit Sub his umbris. q.d. ſub quibus ſumus, nec quicq; aptius ſyluano cũ eſſe in ſyluis. Eſt aũt fere eadem farrago quę in Iuue. ſaty. vij. Et miſcere ſales, i. lepores ſermonis, Sopito. i. oppreſſo & neglecto cãtu, quę res doluit ſyluano
Sopito — Nam diuites auari licet nihil cõferant in poetas bonos, admirant tñ eos & oblectantur eorum carminibus, unde Iuuenalis in dicta ſatyra. Spes nulla ulterior, didicit nam diues auarus. Tantũ admirari, tantũ laudare diſertos Vt pueri Iunonis auẽ, i. pauonem admirãtur et laudant, quia laudato nihil porrigũt, ſed ſi poſſunt plumas auferunt. Plena ferunt, Maro ſignificãtius
Mulctra — diſtẽta dixit, Alba mulctraria. i, mulctras, hoc eſt, uaſa in q̃ mulgetur lacte
Cymbia — albicantia, Cymbia. i. uaſa incurua in morẽ cymbarũ facta, Carmina laudatis, ſicut iam Iuuenalis dixit, Si quid concinnius, i. modulatius, & ut Perſius. Si quid tamen aptius exit. Plauditis, i. applauditis uanas laudes, quia
Cõcinnius — nihil cõmodi afferentes, Nã probitas laudatur & alget, alget, qa nudus & ita algore conficit, Iuuenalis, Tedia nunc ſubeunt animos, tunc ſecꝫ ſuãq;. Terpſicoren odit facunda & nuda ſenectus, Et poſt, necq; enim cantare ſub an ro, pierio tyrſumue poteſt contingere ſana Pauptas, atq; æris inops, quo nocte diecq; Corpus eget, ſatur eſt cum dicit Horatius o he &c. Omnẽ operam gregibus, Iuuena. Pectora noſtra duas nõ admittentia curas. Ma

gnę mentis opus, nec de lodice paranda Sollicitæ, currus & equos faciesq; deorũ Aſpicere &c. Mapalia, i. caſas & tuguria, Sepe ſepimento ablatiu⁹ eſt a ntõ ſepes. Nihil ſuper eſt oci, pro ocio. Enumerat aũt negocia paſtoralia, uolens a conſimili etiã alia intelligi, Tibi penula, i. ueſtis exterior attrita — Mapalia
Syluæ implumes, i. foliis ſpoliatæ, Fert omnia uictus, i. aufert. ſicut Maro, — Penula
Omia fert ætas animum quoq;, Victus aũt. i. neceſſitas edendi ut uiuas, aut uict⁹. i. cibus quo uiuas fert. i. abſumit. Lanicium. i. lanã & fœtus mares, i. arietes & hedos ac coleatos reliquos, Non uendimus agnas, quia ad futuram — Victus
propagationem recipiunt eas. Lac paſcunt, i. ſugunt & abſumunt dũ paſcuntur. Premitur nihil, i. non fit caſeus mollis, Maro. Et preſſi copia lactis, — Lanicium
Vbera ſiccant, ex Marone eſt ut alia multa

Pœnitet ingenij ſi quid mihi, pœnitet artis
Pœnitet & uitæ, poſtq; mihi nulla ſecundant
Ex tot ſyderibus quot ſunt in nocte ſerena
Hactenus (ut noſti) gratis cantauimus, ætas
Indiga paucorum merces fuit, altera longe
Condicio ſenij, quod nunc ſubit, omnium egenos
Reddit, & extinctis lucri ſpem uiribus aufert
Mox erit utendum partis, modo quærere tempus
En formica breuis, ſed prouida beſtia condit
In brumam noua farra cauis æſtate latebris
Neue renaſcantur, fruges ſecat ore ſepultas
Scire genethliacos fatalia ſydera dicunt Syl.
Hi ſub Mercurio uates, & ſub Ioue reges
Magnateſq; locant, iſtis dat Iuppiter aurum
Atq; magiſtratus, dat Maiæ filius illis
Ingenium, linguam, cytharas, & carminis artem
Hæc tua ſors, quid quæris opes? deus omnia in omnes
Diuidit, ut melius nobis uidet eſſe futurum
Sorte tua contentus abi, ſine cætera nobis
Sunt tibi diuitię, mihi carmina, quid petis ergo? Can.
Carmen? & inuadis partes Syluane alienas?

Non tibi surripio carmen, nec Apollinis arma Syl.
Sed dare dulcisonis aures concentibus opto
Si gaudere meis igitur concentibus optas Can.
Nos gaudere tuis opibus Syluane decorum est
Ille meis opibus gaudet qui diligit, odit Syl.
Inuidus, atq; animo bona fert aliena molesto
Sic quoq; tu nostris absens gaudere camœnis Can.
Sat potes, hæc artis sat sint tibi gaudia nostræ
Carmina sunt auris conuiuia, caseus oris
Si cupis auditu fac nos gaudere palato
Hoc amor, hoc pietas, hoc uult deus, omnia non dat
Omnibus, ut nemo sibi sit satis, indigeatq;
Alter ope alterius, quæ res coniungit in unum
Omne genus, gallos, mauros, italos & iberos

Pœnitet ingenij, Prosequitur Candidus querelas suas, Pœnitet ingenij, i. habere ingeniū ad carmen aptū, si quid mihi, s. est ingenij, Multa secundant, i. prospera sunt, ut uentus & fluctus secūdus, i. sequens & a tergo ueniens nauigantibus, Quot sunt. i, apparent, Non em̄ plura sunt gratis, i. sine mercede, sed ætas, s. iuuenilis, Indiga, i. indigens paucorū. non em̄ subiecta est morbis, nec tanto æget munimento contra frigora, Quod. s. senio nūc subit, i. subrepit non animaduertentibus nobis. Omniū egenos reddit, uidimus Iuuenalē, Extinctis uiribus aufert spem lucrādi. Mox erit utendū partis, i, acquisitis in iuuenta, nunc quęrere pro quærendi, i. acquirendi temp⁹ subaudi est, En formica, Salo. Prouer. vi. Vade ad formicā o piger, & cōsidera uias eius, & disce sapientiam, Quę cū non habeat ducē nec p̄ceptorē nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe q̄d comedat. Et xxx, Formicæ populus infirmus qui p̄parat in messe cibum suū. Hora. ser. i, Sicut paruula nam exēplo est magni formica laboris) Ore trahit q̄d cunq; potest, atq; addit aceruo Quē struit haud ignara ac non incauta futuri, In brumam. i, ad breuissimū diē, ut est in solstitio hyberno. Ordo est, Condit, i. abscondit æstate in cauis latebris farra noua, Neue pro neq; & ne, renascantur, i. germinent, secatore, i. germen auferendo dirūpit fruges sepultas, i. absconditas in terris, Genethliacos, i. de genesi & natiuitate iudicantes, qui inspecto natiuitatis horoscopo futurā uitam prędicunt. Hi. s. genethliaci & mathematici locant sub Mercurio. i. hora nascendi q̄ Mercurius dominatur, Vates, i. prophetas & poetas & omnes prudentes ca-

Indiga

Formica

Bruma
Condit
Neue

Genethliacus
Vates

tos ac ingeniosos. Et sub Ioue reges & magnates, Vnde secundū Homerū in Iliade. Honor aūt ab Ioue est. Maiæ filius. i. Mercurius, dat illis. s. uatib⁹ sub se natis ingeniū, & ita uult eos contentos esse debere sua sorte dicēs. Sorte tua cōtentus abi, sine. i. derelinque cętera. i. diuitias & opes nobis, s. qui ingeniū & carminis artē non habemus. Quid petis ergo carmen? subtilis obiectio, Non tibi i surripio carmē. Callida q̄q; responsio nec Apollinis arma cytharā, cuius est inuentor, ac cętera instrumenta musica, quia In medio residens complectitur oīa phœbus, est em̄ princeps musicorū, Hora. Lyrę solers & cātor Apollo. Vn̄ secundū Plinium carmen heroicū oraculis Apollinis debemus. Et ideo illi augustus ædē cōsecrauit, ad quā carmina phœbo digna ferant, de qua Persius. Ad sacra uatū carmen affero nostrū, Iuuena. Et musarū & Apollinis æde relicta &c. Si gaudere, rursus acris obiectio & subtilior purgatio sed subtilissima rursū reiectio. Carmina sunt auris cōuiuia caseus oris, Pulchrū & prouerbiale id est, Quæ res coniungit in unum Id uere dicit, nam propter ęgestatem & mutua auxilia sunt inter uarias nationes commertia, Iberos i. est hispanos Iberos

Sydera iungamus, facito mihi Iuppiter adsit
Et tibi Mercurius noster dabit omnia faxo
Pilleolum uirgam, cytharas, nodum Herculis, alas
Vana superuacuis inculcas plurima uerbis Syl.
Vana inquis, quæ damna tuis inferre uidentur Can.
Diuitijs, si uis nostras audire camœnas
Erue sopitam de sollicitudine mentem
Vult hilares animos tranquillaq; pectora carmen
Torpeo, ut esuriem patiens & frigora miluus
Iam dudum squarrosa cutis, sitis occupat ora
Nec pecus in stabulis, nec in agro farra, nec aurum
In loculis, & uis positis me uiuere curis
Non facit ad nostros talis medicina dolores
Fac alacrem, tege, pasce, grauī succurre senectæ
Inuenies promptum uersu, & cantare paratum
Plena domus curas abigit, cellaria plena
Plena penus, plenicq; cadi, plenæq; lagenæ
Horrea plena, greges lęti, grauis ære crumena

Tunc iuuat hybernos noctu uigilare decembres
Ante focum, & cineri ludos inarare bacillo
Torrere & tepidis tostas operire fauillis
Castaneas, plenoq; sitim restringere uitro
Fabellasq; inter nentes ridere puellas
Tityrus (ut fama est) sub Mœcenate uetusto
Rura, boues & agros & martia bella canebat
Altius, & magno pulsabat sydera cantu
Eloquium fortuna dabat, nos debile uulgus
Pannosos macie affectos, farragine pastos
Aoniæ fugiunt musæ contemnit Apollo

Sydera iungamus. i, Iouē cū Mercurio. i, cōmunica mihi dona Iouis, & cōmunicabo tecū dona Mercurij. Faxo, i. faciā, ut Mercurius noster, i. poe
Faxo tarū pater & ingenij largitor, Det tibi pilleolū, i. galerū qui Mercurio assig
Pilleolum natur, q; semper fere radijs solaribus quasi galero tectus sit. Virgā, i, cadu
ceū, Vñ Maro æne. iiij, Tum uirgā capit hac animas ille euocat orco Pal-
lentes alias subtristis tartara mittit, Dat somnos adimitq; & lumina morte
resignat. Illa fretus agit uentos & turbida tranat Nubila. Id aūt ex ultimo
iliados sumptū uidet, qui locus sic uersus est, Tum uirgā capit. hac oculos
deus excitat ipse, Hac dulces suadet somnos & lumina claudit, Macro. li. i.
saturnaliū scribit caduceū duobus draconibus ornatū fuisse mare & fœ-
mina in nodū obligatis inuicē parte media uoluminis sui, Vñ Martia. lib.
vij. Cyllenes cœliq; decus facunde minister. Aurea cui torto uirga draco
Cythara ne uiret, Cytharas, quia tetrachordiū inuenit, i, iā quattuor chordarū cū
Nodꝰ Her Apollo vij. chordarū inuenisset, vñ Hora. li. i. car. Curuæq; lyræ patentem
culis Nodū Herculis. i, inextricabilē qualē Hercules inuenit, q; nec principiū nec
exitū habere uidebatur, qui tñ dissoluerit diues erat, hunc in caduceo iam
ex draconibus consertū diximus, Alij Herculanū nodū dicunt nō ab Her
cule inuentū, sed a Mercurio, Verū ab Hercule dissolutū, nō quidē arte sed
ui, q̄d & Alexandrū magnū fecisse dicunt, Vterq; tñ & Mercurius mer-
ciū & mercatorū deus & Hercules diuitias quibus fauent conferre dicunt,
vñ Hora. Dues amico Hercule, & Persius. O si sub rastro crepet argenti
mihi seria dextro Hercule, Antiquitas em̄ (ut scribit Diodorus) fabulata
est Herculē dixisse postq̄ ad deos translatus erat, qui sibi decimā bonorum
Lucillus dicarent uitam fœlicem uicturos, quod Lucillus ditissimus & alij roma-
norum plurimi fecerunt usq; adeo ut ex decimis illi templum egregium
trans tyberim ædificarint, Per nodum ergo intelligā difficultatem acqui-

rendarū diuitiarū quas uterq; cōfert Mercurius quidē uaframento & inge
nio Cato, Hercules ui, qua aurea mala abstulit, Alas quibus a dijs ornatus Alas
mittit, ut æne. iiij. Hic primū paribꝰ nitens cyllenius alis Cōstitit &c. Vult
hilares animos, Vñ Oui. Carmina proueniūt aio deducta sereno. Squarro
sa cutis, Squarrosi dicunt quorū cutis exurgit ob assiduā illuuiē, Luci. Ve
rorū ac rapicū squarrosa incondita rostra, Promptū uersu, i. ad uersū uide Squarrosi
ri pōt dtūs antiquus, Plena domus, s. diuitiarū abigit curas, q̄d tamen mul
tis cōtra euenit, Nam ut dicit Iuue. Crescit amor nummi quantū ipsa pecu
nia crescit. Hordea plena, legā melius horrea plena. Greges læti, i, pingues
qui lætitiā afferunt dominis, aut bene curati, & ita reuera læti, grauis ære
crumena, i. marsupiū, ut quidam dicunt ære pecunia, quia ærea primū fuit Crumena
Vnde ærarium quem fiscum nunc appellant. Ludos inarare id securi faci Ærarium
unt rustici diuinare facientes quē sulcum tetigerint, Bacillo paruo baculo Bacillus
& dicit in ntō hoc bacillū, Tityrus. i. Virgilius, Farragine pulmentario ex Farrago
farre facto, Aoniæ quæ in phocidis montibus quos Aones olim habitaue Aoniæ
runt frequentes sunt.

Si sperata mihi dederit fortuna quod opto Syl.
Candide præsenti te sollicitudine soluam
O utinam Syluane foret tibi tanta uoluntas Can.
Quanta est hac etiam tibi tempestate facultas
Non ego diuitias Cosmi, non serica posco
Pallia, non tyrias chlamydes, non prandia regum
Non patinam Esopi fameō, dypeumue Mineruæ
Nil opus est regis laribus, cui ferrea nomen
Tradidit, aut si mens non fallitur, ænea barba
Hæc me iam pridem memini didicisse sub umbro
Postulo uestitum, peto uictum sub lare paruo
Certior istud opis toti non defore uitæ
Sint mihi pythagoræ mensæ, Codriq; supellex
Sæpe alios qui spem dederint inuenimus ore
Magnificos, sed re modicos, tibi fidimus uni
Tu mihi si fueris mendax, præciditur omnis
Spes, ut solstitio fiam philomæna reuerso
Mutus & elinguis, suspendere postibus arma

Tempus erit, clausoq; abigi spectacula circo

Cosmi

Si sperata &c. Graphice ostendit q̄ Ouidius dicit, quia pollicitis diues quilibet esse potest. Non ego diuitias Cosmi. Alij cosmæ legunt illius florentini ditissimi, sed & cosmi multi fuerunt diuites, congruumq; est diuitibus nomē. Nam κοσμος cosmos dicitur ornamentū & mūdus, κοσμεω

Cosmas
Cosmeo
Mundum

cosmeo quod est orno, unde & latini mundum pro ornamento accipiunt dicentes mundū muliebrē q̄cunq; ad mulieris ornatū faciūt. Nō serica pos

Seres
Serica

co pallia, Seres populi sunt circa Indiā, apud q̄s sunt arbores lanigeræ sine uermibus, quarū frondium caniciē depectūt aqua perfusā, ex quo uellere uestimenta cōficiunt quę serica appellant, ut auctor est Plini⁹, unde & Maro. Velleraq; ut foliis depectunt tenuia seres. Errat aūt Seruius qui serica a bombycibus cōfici uult, cum bombyces non apud seres, sed in arabia et insula Co peculiariter proueniant, qui quidem bombyces uermiculi sunt, te

Bōbyces
Bōbycina
Dibapha

lasq; aranearū modo texunt ad uestem luxūq; fœminarū, q̄ bombycina appellantur, Iuuenalis, quarum, Delitias uel panniculus bombycinus urit Nō tyrias chlamydes, i. uestes ex purpura dibapha. i, bis tincta, ut apud tyrum fiebat, & idcirco in magno erat precio. Non prādia regū. i, prędiuitū. Persius, In luxū & prandia regū. Non patinā Esopi. i, qualē procurauit Esopus, nō fabulator ille Phrygius, sed romanus histrio, qui filijs ex quęstu histrionico ducenties sestertiū reliquit, quas opes filij absumpserunt, vñ Hora. ñ. sermo. Filius Esopi detractā ex aure metellæ (Scilicet ut decies sol dū

Bacca

exorberet) aceto. Diluit insignem baccam, i. margaritā seu unionem p̄cio decies sestertiotum aceto liquefecit & absorpsit, Et ita filius hic notaretur qui etiam Esopus dici potuit. Literq; em̄ omes diffamāt patinam Esopi, vñ & Beroaldus. Iam patina Esopi cedat, iam luxus apici. Et ptolemæorum prodiga luxuries. Clypeumue Mineruæ. i. quanti æstimata est ægis in pectore Mineruę, quę prudentiam denotat qua pectora sapientiū muniūtur Nil opus est regis laribus, i. domibus aut ædibus cui ferrea &c. Quidam

Pyrrhus

Pyrrhum intelligerēt, qui (ut Seruius tradit) cum a patre uocaretur neoptolemus. postea dictus est Pyrrhus a colore p̄lorum, quia subrufus erat, Ego aūt intelligo de Nerone aut maioribus eius, qui æneā dicti sūt habere barbam atq; ænobarbi uocati. De qua re sic dicit Sipontinus. Ænobarb⁹

Ænobarb⁹

hoc est rutilā & quasi æneam barbā habēs fuit cognomē Domitiorū, ex q̄ familia Nero fuit. Auctorē aūt originis pariterq; cognois habuerūt Lucium domitiū, cui rure quondam reuertenti iuuenes gemini angustiore forma apparuerunt, iusseruntq; nunciaret senatui ac populo romano uictoriam, de qua adhuc incertū erat, atq; in fidē maiestatis adeo permulsisse malas, ut e nigro rutilū æriq; assimilē capillum redderent, quod insigne māsit & in posteris eius ac magna pars rutila barba fuerunt, Vñ Cneū domitiū Neronis atauū qui in tribunatu suo pontificibus offensior fuerat, q̄ alium q̄ se in patris sui locum coaptassent, ius sacerdotū surrogandorū a collegijs

ad populū transtulerat, ac in consulatu allobrogibus aluernisq; superatis elephāto uectus fuerat turba militū quasi inter solennia sacrificij prosequēte. Lici. Crassus orator dixit non esse mirandum q̄ æneā barbam haberet cui os ferreū cor plumbeum esset, hæc ille. Quia ergo Neronē constat palatium sumptuosissimū extruxisse, estq; de ænobarborū familia, de illo intelligendum putem. Vñ dicit Suetonius in eius uita q̄ non in alia re damnosior q̄ in ædificando fuit, nam domū a palatio exquilias usq; fecit, quam primo transitoriā mox in incendio absumptā restitutāq; aureā nominauit de cuius spatio atq; cultu sufficeret hoc retulisse. Vestibulū eius fuit in quo colossus. xx. pedum staret, ipsi effigiei tanta laxitas ut porticus triplices miliarias haberet. Itē stagnū maris instar circumseptū ędificijs ad urbiū speciem, & reliqua quę prosequit Trāquill⁹ ibidē, Dubitat aūt an ferrea barba illi nomen dederit, uel q̄ ferreus. i. durissimus esset, uel q̄ os ferreum dictus est habuisse Domitius, uel q̄ rustico congruit de nōis causa dubitare, sicut ille, In medio duo signa Conon, & quis fuit alter? Descripsit radio totū q̄ gentibus orbē. Hęc me iam pridē memini didicisse, Valla diceret non esse dicendū iam pridē didicisse, quia persistentē actionem & p̄sens tempus efflagitant iampridē iamdudū iamolim aut olimiam, uerum licet durius posset dici iampridē memini. At Agretius negabit recte dictum memini didicisse, uult em̄ memini cū p̄senti construendū, Sed Valla contra sentit in Raudensem. Vnde & Persius. Nec in bicipiti somniasse parnaso memini. Sub Vmbro, de quo prius dictū est. Id aūt addit ne contra decorū perior haberetur pastor, aut ut præceptori suo non ingratus sit, quē nescio an

Pythagoras

Sipontinū dicam, a quo plurima sumpsisse uidetur. Sint mihi pythagoræ mensæ, qui carnibus abstinuit & uentri indulsit, non omne legumen, quia

Codrus

etiā fabis abstinuit, sed herbis uescebatur crescentibus in hortis, vñ epulū possis centū dare pythagoreis. Codricq; supellex pauperis poetę ac philosophi. De quo Iuue. saty. iij. Lectus erat codro procula minor, urceoli sex, Ornamentū abaci, necnon & paruulus infra Cantharus, & recubans sub eodem marmore chiron. Iamq; uetus greꝯ os seruabat cista libellos, Et diuina opici rodebant carmina mures. Nil habuit Codrus (quis em̄ negat?) & tamen illud Perdidit infœlix totū nihil, hæc ille. Ore. i. pollicitationibus magnificos, sed re. i. exhibitione pollicitorū modicos, Tibi fidimus. i. confidimus, ego fiam philomena reuerso solstitio. i. ut philomela in solstitio, qa mutus & elinguis, inihil canā sicut nec philomela q̄ in uere p̄cipue canit. Suspendere postibus arma tēp⁹ erit. Arma. i. fistulā & plectra & cętera in

Arma

strumēta musicalia, alludit tñ ad arma pugilū qui ad postē Herculis figebant arma sua qñ essent emeriti aut ampli⁹ exercere nollēt, sicut & cætero rū officiorū dijs sua qcūq; amplius uti nollēt suspendebant arma. Et tempus erit abigi spectacula. i. spectatores circo. i. theatro clauso

Circus

Candide uidisti romam, sanctiq; senatus Syl.
Pontifices? ubi tot uates, ubi copia rerum

Tantarum, facile est illis ditescere campis
Deciperis me uelle putans ditescere, uesci — Can.
Et lupus omne animal crudis existimat escis
Tuq; putas alios quo tu pede claudere passum
Non ego ditari cupio, sed uiuere paruo
Fac habeam tenuem sine sollicitudine uictum
Hoc contentus eam, romana palatia uidi
Sed quid roma putas mihi proderit? o Syluane
Occidit Augustus nunq; rediturus ab orco
Si quid Roma dabit, nugas dabit, accipit aurum
Verba dat heu Romæ nunc sola pecunia regnat
Exilium uirtus patitur, sperare iubemur
Vndiq;, & in toto uates spe pascitur orbe
Dic pugnas, dic gesta uirum, dic prælia regum — Syl.
Vertere ad hos qui sceptra tenent, qui regna gubernãt
Inuenies qui te de sordibus eruat istis
Inueniam qui me derideat & subsannet — Can.
Tempestate ista reuerentia tanta poesi
Quanta lupanari, quid me Syluane lacessas?
Non decet obscenis uatem prorumpere uerbis — Syl.
Non possum non uera loqui, si uera taceri — Can.
Forte uelis, leuibus me parce lacessere dictis
Vtile consilium præstare lacessere non est — Syl.

Candide uidisti Romã? Diserte describit morẽ auarorũ qui ne iuuent alio mittũt opem: implorantes. Sanctiq; senatus pontifices ídest cardinales sicut canitur, Clare senatus apostolorq; quẽ cardinales repsentant. Facile est illis ditescere campis ubi. s. tot diuites sunt, Deciperis me uelle putans ditescere, non em̃ ditescere sed uictũ & uestitũ quibus contentus sit uesci. Ordo est, Et lupus existimat. i, censet & iudicat omne aial uesci crudis. i, incoctis escis. s. carnibus quibus ipse uescitur, Tuq;. i, & tu putas alios claudere passum. i, ingredi eo pede quo tu. i, moueri ea affectione qua tu, Per pedes em̃

sæpe intelliguntur affectiones, hoc est, quia tu cupis ditescere censes omnes id cupere. Tenuem sine sollicitudine uictum, non ergo affluentiam petit, sed securitatem quam tũ saluator sine sollicitudine a se sperandã docet, ue tans ne solliciti simus quid bibamus & comedamus, O Syluane spondaic⁹ uersus non ineptus, quia & languorem animi loquentis & pondus rerũ ha bens. Augustus, i. beneficus in poetas. Vergiliũ. Horatiũ Tuccam Varũ, cæteroscq; principes, Nugas pollicitationes inanes, Sola pecunia regnat, Hora. Et genus & formam regina pecunia donat, Oui. Dat cẽsus honores census amicitias pauper ubiq; iacet, Iuue. Quantũ quisq; sua nummorũ ser uat in arca, Tantũ habet & fidei, Et rursus Hora. Hos solos aiunt sapere & bene uiuere quorũ, conspicitur nitidis fundata pecunia uillis, Et iterũ Iuue. de romanis loquens. Q andoquidẽ inter nos sanctissima diuitiarum Maie stas, & si funesta pecunia templo Nondũ habitas nullas nummorũ erexi- mus aras, Vt colitur pax atq; fides &c. Exilium uirtus patitur, Idẽ Iuue. Aude aliquid breuibus gyaris & carcere dignum. Si uis esse aliquid pro- bitas laudat & alget, Criminibus debetur honos &c. Vates spe pascimur omnes, quia nihil recipimus, Dic pugnas, dic gesta uirum, Aliud subterfu gium auari, Vertere imperatiue a uertor, i. sis conuersus & uerte te ad hos i, ad eos qui tenent sceptra. i. ad reges, Et subsannet, Iterum spondaicus uer sus consimili ratione compositus, Q uanta lupanari, i. prostibulo aut prosti tutis. Lupas uocabant olim prostitutas, unde et prostibula lupanaria. Hinc fictum uolũt Romulum a lupa nutritũ. Non decet. per aliũ se castigat leui bus dictis, i. non paruis aut modicis, sed uanis & contumeliosis, sicut mulie res leues quibus prostituta est pudicitia dicuntur, & mores leues qui incon stantes, Me parce lacessere, parce, i, abstine, Parce metu cytherea

Augustus
Nugæ
Pecunia
Parce

Consiliũ locuples ego, sed pauperrimus auri
Qui pugnas, qui gesta uirum, qui prælia regum
Dicet inops uates, cui nec quo fistula possit
Aptius incidi, fiericq; foramina culter?
Aspice ut excussis luxata manubria clauis
Vt dentata acies, ueterico; simillima serræ
Hoc leue, sed mensæ graue & intolerabile damnum
Vtile consilium firmat, sed inutile mentem
Erangit, & extenuat uires, animumq; retundit
Magnates dare parua pudet, dare magna recusant

Addę quod & noſtri curant, ita carmina reges
Vt frondes aquilo, mare lybs, uineta pruinæ
Ipſi ad delitias reges & ad ocia uerſi
Quod celebrant laudari optant, hinc carmina manant
Perdita de ſtudio ueneris, de ſcurrilitate
De ganea, de ſegnitie, de infamibus actis
Quæ caſtum capitale nefas celebrare poetam

Conſiliȝ locuples ego ſed pauprimus auri, Hora. etiã gtõ cõſtruxit dicẽs Horũ ergo optarẽ pauprimus eſſe bonorũ, Qui. i. quõ, aut quo. i. quare dicet inops uates pugnas &c. cui nec. ſ. eſt cultor q̃ fiſtula poſſit aptius incidi, &, ſ. q̃ foramina, ſ. poſſint fieri. Aſpiçe ut manubria, ſ. cultorũ, i. capuli qb⁹ capiunt & tenent in manibus. ſ. ſint luxata. i. laxa & diſſoluta clauis. i, clauiculis quibus cõpingũtur excuſſis, hoc dicẽs oſtendit cultrũ ſuum. Et aſpice ut, i. qualiter acies, ſ, cultri, i, acuta eius pars ſit dentata, i. in morẽ ſerrę in dẽtes effracta, Vnde addit ueteriq; ſimillima ſerræ, quã Dædalum inueniſſe quidã uolunt ad ſimilitudiuẽ maxillę ſerpentinę. Hoc damnũ, ſ. de iuramẽtis & ueſtitu eſt leue. i. tolerabile ſed mẽſę, i. uictus eſt graue & intolerabile Magnates dare parua pudet, quia ut dicit Hora. Magnos magna decent, Sed hoc uaframento ſcimus nonnullos uſos dicentes magna petẽtibus indignos eſſe qui magna recipiant, & exiguũ quid orantibus ſe non decere tam exigua munera conferre, Vt frondes aquilo qui eas nihilifacit, ut lybs uentus lybicus curat mare in q̃d ſępe ſeuit, & ut pruinę. i. ros cõgelatus aut gelu matutinũ curant uineta. i, uites q̃d etiam nihil eſt, quia etiã congelant Ipſi ad delitias ordo eſt, Ipſi reges. i, pp̃otentes uerſi ad delitias. i. delectationes & illecebras carnis, & ad ocia, i, deſidiã optãt laudari q̃d celebrãt, i. oblectamenta ſua, de ſtudio ueneris, i. amoribus impudicis de ſcurrilitate, i, inhoneſta dicacitate, de ganea, i. caupona & gulositate, de ſegnitie, i. deſidia, Dicunt em̃ ſegnes ſeorſum ab igne qui actiuiſſimus eſt, tepidi & ignaui. De infamibus actis. ſ. priuatis cum geſta ſint fere publica, Meliusaũt (auctore Valla) acta q̃ actus in hac ſignificatione dicimus, Quæ caſtum capitale nefas celebrare poetam, Idem ſancte & catholice ſentit in opuſculo cõtra impudice ſcribentes, unde explodẽda eſt catulliana ſententia, Nam caſtum eſſe decet pium poetam ipſũ, uerſiculos nihil neceſſe eſt. Qui tum denicq; habent ſalem & leporẽ, Si ſunt molliculi ac parum pudici. Cui tamen multi gentilium ſubſcripſerũt, Vnde ad Voconiam poetã Adrianus imperator, Laſciuus uerſu mente pudicus eras. Et Ouidius de ſe, Crede mihi mores diſtant a carmine noſtro. Vita uerecunda eſt, muſa iocoſa mihi. Et Martia. de ſe, Laſciua eſt nobis pagina uita proba

At qui dura manũ geſſerunt bella potenti

Manubria Luxata

Serræ inuẽtio

Lybs

Ganea Segnes

Fortiter utentes ferro, non molliter auro
Dilexere graues muſas, heroica facta
Qui faciunt reges, horoica carmina laudant
Vt ceſſere uiri fortes, & maſcula uirtus
Dicendum altiloqui nihil inuenere poetæ
Occidit ingenium uatum, ruit alta poeſis
At ſi forte aliquis regum gerit aſpera bella
Et decus armorum ſtudijs belloq; parauit
Nil genus externum uenturaq; ſecula curat
Laude ſuæ gentis ſatur, & præſentibus annis
Barbarus eſt, neq; carmen amat uel auarus in auro
Mergitur, atq; Midæ curis flagrantibus ardet
Eſt & apud reges rudis, inuida, ruſtica turbà
Mimus, adulator, leno, aſſentator, adulter
Hiſtrio, ſcurra, quibus uirtus odioſa, poetas
Mille modis abigunt, ut quando cadauera corui
Inuenere, fugant alias uolucreſq; feraſq;

At qui dura &c, At particula aduerſatiua locum habet ubi contraria nectimus iã dictis, ut dicto de Ænea in fine tertij, Factoq; hic fine quiit, Subdit de Didone in principio quarti, At regina graui iam dudũ ſaucia cura, Pulchre ornat carmen epithetis, quę ſic cõſtruũtur, At qui geſſerũt potẽti manu dura bella fortiter &c. Dilexere graues muſas reges qui faciunt heroica facta laudãt heroica carmina, ut, i. poſtq̃ uiri fortes ceſſere, i. e medio Vt ſublati ſunt, quia fortes cedere neſciunt, & maſcula. i, uirilis uirtus, At ſi forte, bene occurrit argumento q̃d iam cuiuis in promptu eſt, Nam ſi heroica gerentes heroicis gaudent carminibus, quęras cur ad illos nõ abeat, illoſq; canat Candidus? Ad quod reſpondetraros quidẽ eſſe qui heroice uiuant, & ſi qui ſint eos non habere curã de æterno nomine. Mydę curis. i. auaritia Mydas qua ductus petijt a dijs ut quicquid cõtingeret aurũ fieret, quo impetrato inedia abſumptus eſt, nam & cibus & pot⁹ in aurum uerſus eſt, Eſt & apud reges &c. Alta cauſa cur apud reges non ſit bonis poetis locus, quia illic ſunt literarũ & probitatis hoſtes, utpote rudis & ruſtica turba, cum poetæ ſint pauci urbani & eruditi. Mimus, i. geſtũ corporis morũ imitator, cũ poeta ſit ſeueta grauis rẽ more philoſophorũ ſeuere narret, Adulator, cũ poeta ſit ſeue

Mimus

rus. Leno, cum uerus poeta sit turpitudinis omnis hostis & expulsor, Assentator cum poeta sit uirtutis laudator, Adulter cum nihil musis sit magis contrarium q̃ adulteriũ, nam quęcũq; poetis aptant castа sunt, ut pierides Minerua daphne fontes. Histrio cũ poeta suę dignitati cõsulat, Quib⁹. s. oĩbus uirtus odiosa, Poetas mille modis abigunt, q̃si a præda inuẽta, ut q̃n cadauera coruí inuenere, Aptior esset similitudo si honesti a rebus honestis abigantur per inhonestos, ut apes a floribus per araneas.

Sunt etiam uates quidam sine lege petulci
Qui sine lege aliti, sine præceptoribus audent
Quicquid amant reges, & amant infamia solum
Scribere, nam uates etiam dementia uexat
Hi se nescio qua mentis leuitate poetas
Esse uolunt, postquã triuialibus ora cicutis
Applicuere, sibi applaudunt, sua carmina iactant
Insulsi, illepidi, indociles, improuidi inepti
Qui solet his uacuas præbere ambagibus auras
Id uitium commune putat, doctisq; resistit
Vatibus, a uero indoctus discernere falsum
Candide per superos, per olympica numina iuro Syl.
Me tibi (si uenti ueniant ad uela secundi)
Laturum auxilium, meliora in tempora uiue
Nec paulisper adhuc mecum sperare recusa
Si mihi sic optas, tibi sit Syluane quod optas Can.
Opto equidẽ, dictumq; fides non sera sequetur Syl.
Vade malis auibus nunq; rediturus auare Can.
Et facias subito quicquid tractaueris aurum
More Midæ, quando uirtus tibi uilior auro

Sunt etiã uates. Docet tertiã causam, cur poetis non sit apud reges locꝰ, quę est, quia multi uersiculorũ ineptorũ factores & turpis uitæ homuntiones sacrũ poetarũ nomen indignissime sibi usurpant, q̃d egerrime patitur Hora. dicẽs in arte. Descriptas seruare uices operũq; colores Cur ego si nequeo ignoroq; poeta salutor? Petulci. i. petulantes audentes q̃ non possunt, Nam uates etiam dementia uexat, non quidem graues sed leues & futiles

Petulci

Triuialibus ora cicutis, Cicuta est herba fistulosa qua pastores canere so- Cicuta
lebant, Maro. Est mihi disparibus septem compacta cicutis, Fistula, Idem.
Non tu in triuijs indocte solebas Stridenti miserum stipula disperdere car Triuialis
men, Vnde triuialia dicuntur exodia, i. rustica carmina quę in cõpitis & tri
uijs ab indocta rusticorũ pube in cõpitalibus & ambarualibus cantari solebant. Sibi applaudunt, sibi placentes sua carmina iactant existentes insulsi .i. sine salib⁹ sermonis illepidi, i. sine lepore ac uenustate sermonis. Indociles quia discere nolunt, & ita incorrigibiles, improuidi, quia nõ uidentes se ad interitũ tẽdere & alios ducere. Inepti, i. amusi & ab omni aptitudine tũ uerborũ tũ factorũ abhorrẽtes. Ambagibus, i. uerborũ inculcationibus cum artẽ uerã nõ habeãt. Id uitiũ cõmune putat, et ita reiicit bonos, ppter malos A uero indoctus, i. nesciens discernere falsũ. Candide per supos. Vidẽs Syl uanus candidũ uirtutis amatorẽ uerũq; poetã pollicer operam cum iura Olympica
mento, nihil tñ confert in eum. Per olympica, i. per celestia, nam prouerbi
ale, i. si res prospere mihi succedant & eueniant mihi q̃ opto, Meliora in tẽpora uiue. Vir. æne. i. Durate & uosmet rebus seruate secundis. Paulisper
per paululum temporis, Fides non sera. i. non tarde faciens q̃d dixi. Nam Fides
fides uidetur (auctore Cicerone) dicta ea q̃ fiat dictum, siue q̃ dictum &
conuentum est. Candidus aũt non contentus pollicitationibus inprecatur
in abeuntem omnia mala dicens, Vade malis auibus ideſt malo auspicio
q. d. in rem malam nunquã rediturus auare, hoc aũt uidetur dicere in abstem quasi obmurmurando, postquã se nihil recepturum sperauit. Et facias
subito quicquid tractaueris aurum, More Midę, de quo iam diximus, Q̃n
.i. q̃nquidẽ uirtus tibi uilior auro. f. est, Cum tñ Hora. in epistolis cõtradicat
Vilius argentum est auro, uirtutibus aurum

AEGLOGA VI QVAE DICITVR CORnix de disceptatione rusticorum & ciuium.

Collocutores Cornix & Fulica.

Ningit hyems, mugit boreas, a culmine pendet Cor.
Stiria, depositis bobus requiescit arator
Dormit humus, clauso pastor tunicatus ouili
Cessit iners, sedet ante focum fumosa neæra
Atq; polenta coquit, prius intolerabilis æstas
Nunc laudatur, hyems æstu laudata modesto
Displicet, optatum damnat præsentia frigus

Omne bonum præsens minus est, sperata uident Fu.
Magna, uelut maius reddit distantia lumen
Delitias habet omne suas & gaudia tempus Cornix
Aspice ut impexi tritaq; in ueste ligati
Cede suum pueri exultant, inflatur in utrem
Immissis uesica fabis, sonat & micat acta
Nunc pede, nunc cubito, stricto nunc obuia pugno
Si cadit attollunt, cursu labor atq; recursu
Brumam abigit, glaciale gelu pila rustica uincit
Nos tamen hic melius tepido sub stramine foti
Transigimus tempus, dum lac coit igne recoctum
Pauperiem declarat hyems, improuida certe Fulica.
Turba sumus iuuenes, securi æstate uagamur
Immemores hyemis, nostrum æs tibicinis omne est
Vt redit e scythia boreas, nidosq; uolucrum
Frondibus ostendit nudata cadentibus arbor
Frigemus nudi scapulas, dorsum, ilia, plantas
Stultitiam declarat hyems, sapientius urbes
Congeriem nummum accumulant, & ad ilia uulpes
Melotasq; trahunt, maculosaq; tergora lyncis

Níngit hyems, Contentio est inter cornicẽ pastorem qui partes rusticorum agit, & Fulicam qui urbanorum de ꝑstantia fortunæ utrorũq;. Occasione cuius multa quasi satyrice dicũtur in mores potius ciuiũ q̃ rusticorum, Videntur aũt tam Cornix q̃ Fulica pastorũ noĩa, uterq; em se rusticum profitetur, & masculíno genere nominat, Hyems, i, tempestas pluuiosa & niuosa. Boreas uentus frigidus a septentrionali plaga quæ frigida est flans, mugit, mugitũ imitatur flatu alto. Stiria. i, glacies cõcreta. A culmine a tecto, Dormit humus, sopitur niue & nõ exercetur, Pastor tunicatus qa ociosus sum, Vnde dictũ est a poeta, Nudus ara sere nudus, hyems ignaua colonis. Neæra coniunx rustica fumosa, quia fere ligna uiridia aut male sica inurunt, Atq; polenta coquit, Oui. Quod coxerat ante polẽta, Reperit tamen & fœmininũ, cum hoc solum inter latina primę declinationis repe riatur neutrũ. Omne bonũ ꝑsens minus est, i. minoris æstimatur, qa nemo

Hyems
Boreas
Stiria

Neæra
Polenta

contentus sua sorte, unde Hora. in principio sermo. Qui fit Mecœnas ut nemo q̃ sibi sortem Seu ratio dederit seu sors obiecerit illa. Contentus uiuat, laudet diuersa sequentes. Verũtamen id contra usu uenit, ubi minime opꝰ, quia bona terrena eo ꝙ præsentia sunt plus nos delectant q̃ celestia quę futura sperantur, Aspice ut impexi. Docet exemplis non rerum, sed animorum esse discrimen, nam pueri nudi etiam in hyeme oblectantur uariꝭs, vt cede suum, i. porcorum ut uesicã habeant, cuius agitatione brumale frigus superant, & rustici pilam magnã uento inflatam manibus pedibusq; agitantes glaciale gelu non curant. Pauperiem declarat hyems, i. paupertatẽ, est tamẽ interdũ damnum, ut si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Nos iuuenes sumꝰ turba improuida, quia securi æstate uagamur. Nostrũ æs, i. pecunía nostra est tibicinis. s. canentis ad choream instituendã, Cõgeriem nummũ, i. nummorum per syncopam, & ad ilia, s. fouenda & cooperiẽda, trahunt, i. contrahunt uulpes. i. pelles uulpinas, & melotas, i, pelles ouinas Melotas græcum est μηλωτή, Cætera nota sunt

Desipiunt omnes, nec nos in crimine soli Cornix
Immo ipsos uexat grauior dementia ciues
Verum illis mater, nobis fortuna nouerca
Nos premit, infœlix sors est dementia, facsim
Fortunatus, ero locuples, ero primus in urbe
Audiar, assurgent omnes, me uertice nudo
Vulgus adorabit, me plebs, me consulet omnis
Turba magistratus etiam, populusq; patresq;
O Cornix Cornix non est fortuna, sed ipse Fulica
Quo sapiunt homines animus, fortuna potentem
Non facit, immo deus, causam recitabat Amyntas
Est fortuna deus, sed quid recitarit Amyntas Cor.
Dic precor, in causis erat ingeniosus & acer
Ante tamen paulum pecus & præsepia uise
Vade, redi, calor est post frigora dulcior, ito
Attingit nix alta genu, uix tecta resistunt Ful.
Tanto oneri, sublimis apex in uertice furni
Pyramidem fecit metaq; assurgit acuta

Da pecori cordum, stipulisq; foramina claude Cor.
Si paries hiat, & rediens letamine muni
Limina, nulla gregi grauior q̃ frigora pestis
Iam ne ades: oh quæ nam hæc solito properantia maior
Sollicitum me reddit hyems in frigore & igni Ful.
Maxima strenuitas fœno recubare calenti
Abscondicq; cauo accubitu post frigora dulce est
Incipe, & enarra discrimina ruris & urbis

Desipiunt omes, Id graphice docet Hora. ñ. ser. Nec mirum quia stultorũ infinitus est numerus, Nos. s, rustici, unde se rusticos asserunt, Verũ illis mater, id lepide q̃d Plini⁹ de natura dicit. quæ nobis multa cõtulit magna & seua mercede, ita ut non sit facile existimare pareñe melior an seuior nouerca fuerit, Infœlix sors est paupertas & tenuis fortuna est dementia, i reputat demens quicũq; pauper, vñ Hora. in episto. Hos solos aiũt sape & bene uiuere quorũ Conspicitur nitidis fundata pecunia uillis, Assurgent, i. reuerentiã & honorẽ assurgendo impendent, Vulgus adorabit, i. corporis gestu honorabit, nam adoram⁹ etiam statuas ac crucẽ domini, sed oram⁹ tm̃ rationẽ habentes & sensum, Consulet, i. consiliũ poscet. Non est fortuna id uere Iuuena. sed nos te facim⁹ fortuna deã, Est fortuna deus. Id ex falsa opinione & rustice, nam cum deam neget nostra fides etiã fortunã deum dicit, Aut id facit poeta q̃ numina putabantur utriusq; sexus, vñ de Venere æneidos ñ. Descendo ac ducente deo, & de alecto aut Iunone viñ. Nec dextræ deus erranti affuit, Vnde in cypro erat barbatæ ueneris simulacrũ Vñ dictum est, Pollentẽq; deũ uenerẽ, Videt aũt cornix dominus aut saltẽ maior q̃ fulica quẽ mittit ad caulas, q̃ abitur⁹ dicit, Attingit nix alta genu, In uertice furni, ubi minime consistere posse uidet propter ignẽ quo panis in eo coqui solet, Pyramidẽ, i. cumulũ niuis in pyramidis formã, Est autẽ pyramis structura ex lapidibus in morẽ ignis ascendẽtis, cuius uertex acutus est extructa, quales in ægypto leguntur miræ altitudinis fuisse, De q̃b⁹ Martia. in principio, Barbara pyramidũ sileat miracula memphis, Addit aũt Cornix, Da pecori cordũ, Id aũt dicit fœnũ q̃d autũno secat, sicut corda frumẽta uocat q̃ sero matureścũt, Letamine muni, i. fimo, lã ne ades intelligendũ est aliquantulũ moræ interfuisse, & interea tacuisse cornicem Omnia aũt faciliora sunt q̃ ut expositionis egeant.

Demẽs q̃s
Adorare
Orare
Fortuna
Pyramis
Cordum

Hoc igitur tantum ruris discrimen & urbis Ful.
Taliter exortum noster recitabat Amyntas
Principio rerum primaq; ab origine mundi

Cum muliere marem sociali fœdere iungens
Cœli opifex (sic nanq; deum appellabat Amyntas)
Nomen adhuc teneo. natos producere iussit
Atq; modum docuit fieri, quo pignora possent
Accinxere operi, mandata fideliter implent
Sicq; utinam de pomi esu seruata fuissent
Fœmina fit mater, puerum parit atq; puellam
Atq; puerperio simili fœcunda quotannis
Auxit in immensum generis primordia nostri
Post tria lustra deus rediit, dum pignora pectit
Fœmina prospiciens, uenientem a limine uidit
Adam aberat, securus oues pascebat, adulter
Nullus adhuc suspectus erat, sed multiplicatis
Connubijs fraudata fides, sine cornibus hirci
Facti, & zelotypo coniunx suspecta marito
Nam quæ quisq; facit, fieri sibi furta ueretur
Erubuit mater, nimiæq; libidinis ingens
Indicium rata tot natos, abscondere quosdam
Accelerat, fœno sepelit, paleisq; recondit
Iamq; lares deus ingressus, saluere penates
Iussit, & huc dixit mulier tua pignora profer
Fœmina maiores natu procedere mandat
His deus arrisit, uelut arridere solemus
Exiguis auium pullis, paruisue catellis
Et primo lætatus ait, cape regia sceptra
Rex eris, at ferrum & belli dedit arma secundo
Et dux inquit eris, fasces populiq; secures
Protulit, & uites & pila insignia romæ
Iamq; magistratus celebres partitus in omnem

Progeniem, humanos tacitus uoluebat honores
Interea mater rebus gauisa secundis
Euolat ad caulas, & quos absconderat ultro
Protulit, hæc dicens nostri quoq; pignora uentris
Hos aliquo pater omnipotens dignabere dono
Setosum albebat paleis caput, heserat armis
Stramen, & antiquis quæ pendet aranea tectis
Non arrisit eis, sed tristi turbidus ore
Vos fœnum terram, & stipulas deus inquit oletis
Vester erit uomer, iuga uestra, agrestia uestra
Omnia, aratores eritis, pecorumq; magistri
Fœnisecæ, solifossores, nautæ atq; bubulci
Sed tamen ex uobis quosdam donabimus urbe
Qui sint fartores, lanij, lixæ, artocopiq;
Et genus hoc alij soliti sordescere semper
Sudare, & toto seruire prioribus æuo
Taliter omnipotens fatus repetiuit olympum
Sic factum est seruile genus, sic ruris & urbis
Inductum discrimen ait mantous Amyntas

Hoc igitur. Apologo rusticano discrimen urbanorũ & rusticorũ cõmemorat a deo factum, sicut & mercedũ nonulli sic dicũt institutã differentiã Nam cum mechanici a deo quantũ mercedis exigerent exquisissent, assignatisq; sutoribus crepidarijs, & pluribus alijs quotidiana mercede cõducẽdis denarios binos, latomis aũt & fabris lignarijs ac carpentarijs senos, disquisierunt priores quantũ possessionis ex tantilla mercede cõpararent, respondit quantũ satis esset ipsis & liberis quotannis iugerũ. At reliquis quãtum cõpararent petentibus, respondit quotidie tñ terrę posse comparare quantũ per crura retrorsum bipennim proijcerent, conati aũt præ auaritia in longum proijcere in podicem proiecerunt, in quem fere magnæ mercedes nunc quoq; proijciũtur. Præterea dicunt ranas & simias sic effectas, cũ muliercula (sit Eua aut alia) nimis fœcunda uereretur uenienti deo omnes liberos prodere, occuluit quosdam in furno, & quosdam sub uase elixorio Reliquis autẽ beneficio donatis & negante plures habere, iussit deus qui in

furno essent in simias cõuerti, qui sub uase in ranas ac bufones, Talem igit apologum ac fabellam anilẽ hic prosequitur auctor, Modum docuit dicẽs Crescite & multiplicamini per coitũ scilicet, Accinxere. s. se operi. i, operã dederunt diligenter liberis procreandis. Mandata fide liter implent iocunda narratio, quia hodie q̃q; ad illud præceptũ plus æquo inclinamur. Post tria lustra, i. quindecim annos. Nemo aũt sit mihi tam ineptus ut historiam putet a poeta narrari. Hirci sine cornib⁹, i. fœtidi adulteri, Nam quę quilq; &c. prouerbialiter & disertius q̃ illud, Qui fuit in furno socium sibi quærit in illo, Saluere penates, i. familiares et omnes in domo habitantes, Tua pignora, i. natos, Nam pignora natorũ dicũtur pignora rerum, His deus arrisit, i, annuit & blãd⁹ atq; affabilis fuit, Catellis, i. canis fœtui & primo, s. oĩm unde ad primogenituræ iura alludit, Fasces qui erant ex uirgis in quibus securis erat colligata, ferebanẽ a lictoribus post eos magistratus qui in corpus & sanguinẽ animaduertere poterant. Securis a secando dicta q̃ interfecat ut collũ nocentium, & uites quibus centuriones & cæteri duces militẽs cedebant, Nam ex uite erat is baculus non ex alia arbore, ne seueriores haberentur saltem in conciues, nam alio⁹ uirgis cedere licebat, Iuue. sa. viij. Nodosam post hęc frangebat uerticẽ uitem. Si lentus pigra muniret castra dolabra. Et pila quę sũt romanorũ tela. Lucanus, Signa pares aquilę & pila minantia pilis, Hæ serat armis, i. humeris, Stimulus q̃ boues instigantur, Ligo instrumentũ rusticorũ ut pastinũ quod bifurcũ est ferramentũ quo pastinatio & repastinatio uinearũ fit, Fœnisecæ, i. secantes fœnũ, Persius, Fœnisecę pingui uitiarunt unguine pultes, Solifossores fodientes terrã. Est aũt una pars, nam si duæ essent soli secundã produceret quã composita corripiũt in mediis syllabis, dũmodo etiam in ntõ i habẽt, ut fœnisecа solifossor quod dico, quia quanticunq; a ntõ quantuscũq; aut quantũcũq; producit, ut qualicunq; a qualiscũq;. Fartores qui farcimen faciũt, Lanij. i. carnifices Lixæ aquam ferentes, Artocopi panifices aut panẽ incidẽtes. Et genus hoc alij sicut dicimus id genus pro eius generis, sic ponit hoc genus pro huius generis, Mantous, i. mãtuanus, sed Mantous dicitur a manto nympha matre Oceni, qui mantuã a matre denominauit, De quo Maro, Fatidicę mantus & Thusci filius amnis, Amyntas aũt is est de quo in Amynta uisũ est,

Pignora
Fasces
Securis
Vitis
Pila
Stimulus
Ligo
Pastinum
Fœnisecæ
Solifossores
Fartores
Lanij
Artocopi
Mantous

Mirabar si quid recti dixisset Amyntas
Ciuis erat semper nobis urbana iuuentus
Cui nihil est, præter stulta hæc commenta negoci
Ludit, in agrestes semper iaculantur, & urbis
Talia garrulitas & uaniloquentia fingit
At neq; de superis pudet has componere nugas
Iste iocus manifesta gerit conuitia secum

Cornix

Sed tu tam rudis es, tam pleno inflatus omaso
Vt nec̄ perpendas isto te scommate carpi
Nos quoc̄ paulisper mentem extendamus ad urbis
Stultitiam, ne forte putes sapientius illos
Viuere, qui splendent auro, qui murice fulgent
His oculis uidi tunicis plærosc̄ superbis
Vestiri, atc̄ foro regali incedere gressu
Quos secreta fames premit, atc̄ domestica egestas
Stultius his certe nihil est opulentia ficta
Paupertas et segnities, et inertia uitæ
Vera, quid est aliud q̄ desipientia uera?
Vidi etiam patres (o rem indignam atc̄ nefandam)
Dum segnes dormire uolunt, et uiuere laute
Prostituisse suas uulgo cum coniuge natas
Quid peius? quid perfidius? quid stultius unq̄?
Quid si uitam alio nequeunt traducere pacto? Ful.
Cum totidē quot nos habeant animasc̄ manusc̄ Cor.
Dic cur uitam alio nequeant traducere pacto?

Mirabar si quid recti dixisset Amyntas q.d. iuuenis ille insanus amore & rusticos odio habens, Cui nihil negoci pro negocij. i. ociosa iuuentus, i. multitudo iuuenum urbanorum, Conuicia contumeliā, Omaso, i. intestino pingui tarditatem ingenio afferēti ut Hora. & Persius attestant, Isto scommate, i. irrisorio dicterio, Te qui rusticus es carpi, i. reprehendi. Nos quoc̄, i. uicissim qui murice, i. purpura prostituisse. i. ad turpē quæstū in lupanaribꝰ & prostibulis statuisse, quasi pro foribus ubi luxuria perditos expectant, Quid. s. dicas aut quid faciant? & est inanis desidiosorū purgatio, quam ut refellatur affert, unde dicit Cornix, Habent ciues urbani manus & pedes ut nos, cur nō quærunt sibi victū laboribus & parsimonia ut nos

Omaso
Scommate
Murice

Est etiam cuius uecors industria uanas
Quærat opes, ubi nullus opes inuenit ab æuo
Aes lauat herbarum succis, et uertere in aurum
Aestimat, ac nigra semper fuligine pallet

Est qui dum tellure latens desiderat aurum
Dat magicis operam studijs, et tempora perdit
Quid leuius? quid futilius? quid inanius unq̄?
Omnia ne ueniant ad opus telluris et agri
Omnia pertentant ut agant nihil, omnia uertant
Semper agunt, nunc̄ peragunt, ex fœnore uictum
Infamem extorquent ui, fraude, dolisc̄ laborant
Mille uijs opibus, mille insidiantur honori
Nos capras et oues armentac̄ pascimus, illi
Accipitres, catulos et equos et cercopithecos
Rusticus est ouium pastor, uolucrumc̄ canumc̄
Ciuis, utrum melius te iudice nobiliusc̄
O fulica? utilitas unde et opulentia maior?
Si uenit ex nostris, operis opulentia maior Ful.
Ciuibus unde igitur tantarum copia rerum?
Ex ui, fraude, dolis, ui fraude, dolisc̄ laborant Cor.
Nonne uides insane, ut nos crudelitet urgent?
Quo capiunt astu, nos irretire loquendo
Sacrum offerre putant, et opus sublime, piumc̄
Huc aures oculosc̄ adigunt, huc ora manusc̄

Est etiam, Affert alia urbanorum uitia, & fere opposita segniciei dicēs, Est etiam, s. ciuis cuius uecors, i. peruersi cordis industria quærit opes uanas, i. ultra q̄ satis sit & nō iusta rōne. ut qui per artē (ut dicut, alkimiæ, i. adiuua minis, adiuuādo naturā sperāt æs aut argentū uertere in aurū, qua uia nullꝰ (inquit) hactenus inuenit opes, certū est multos inuenisse pauperiē, dicunt tamen eius rei studiosi inuentos qui ad intentū peruenerint. Fuligine nigra qa uapore fumeo, sed quō pallet, nisi hoc ad anxietatē referamus nō cōstet Et qui &c. Alius error eorum qui magicis artibus & characteribus nescio quibus sperant posse inuenire thesauros absconditos, Omnia ne ueniūt ad opus telluris & agri, omnia inquā pertentant, i. omnia experiuntur ne fiant agricolæ, quo nihil honestius nec iustius, Semper agunt nunquā peragunt ideſt perficiunt nihil eorum quæ inceptant, Ex fœnore ideſt usura. Accipitres aues ad prædam, catulos ad uenationem, & equos ad uenandum

Vecors
Alkimia

Cercopithecos aut auibus aut canib⁹ cercopithecos, i. caudatas simias, Nam κέρκος dicit cauda, πίθηκος simus aut simia, Sunt ergo quos cattos marinos quidam uocant capite (ut dicit Plinius) subnigro & pilo asinino, quibus deformitas decori est, suntq; ob cautum ingenium diuitibus in delitijs, Ciuis est pastor uolucrum & canū, quia eos pascit, Quo astu, i, qua calliditate ab asty, i. ab urbe ubi astutiores sunt, Irretire, i, in laqueos & retia illigare, hoc est circumuenire & decipere uerbis putant, Sacrum offerre, i. arbitrātur se ob sequium præstare deo quando nos decipiunt, Huc, i. ad hāc operam ut nos decipiant, Adigunt, i. applicant ora idest omnia quæ dicūt & manus idest omnia quæ faciunt,

Astu
Irretire

Vnde urbanarum tibi tanta peritia rerum? Fuli.
Hæc didici quondam ductis in mœnia capris Cor.
Cum lac uociferans ibam uenale per urbem
Manſi apud artocopū, ſapiens & ad omnia promptus
Furta erat, & crudum ferro ſubradere panem
Ipſe ut erat mores urbis doctiſſimus, iſta
Tradidit, affirmans nihil eſſe nocentius urbe
Se quoq; furari didiciſſe aiebat ab urbe
Sunt etiam qui parta ab auis patrimonia fundunt
In meretricum uſus, quid fœdius improbiuſq;?
Dic ubi mœchandi ars, homicidia, ſeditiones?
Nonne inter ciues atq; intra mœnia regnant?
Qui reges, qui regna hominum per uulnera quærunt
In mortemq; ſuos adigunt? quid pectora miles
Obijcies telis, per mille pericula uadens
Pro ſtipe dat uitam, nulla eſt inſania maior
Gloria præfertur uitę, quid gloria? quid laus?
Quid fama eſt? quid honor? uoces & opinio uulgi
Omnia longa dies abolet, cum uiuere ceſſas
Omnia ſic abeunt, ut lux cum ſole recedit
Qui mare ſollicitant remis cum uiuere poſſint
In patria ſtulti, uento qui credit & undis

Stultus, diuitiæ cui ſunt & negligit uti
Stultus, qui ut natis cumulet patrimonia, partis
Abſtinet, & genium fraudat ſtultiſſimus, & qui
Quæ facere ipſe poteſt, natis faciunda relinquit

Vnde urbanarū. Bona interrogatio ut decorū ſeruet & ueri ſimilis narratio, Artocopum ut uidetur accipit pro panifice, ſeu (ut dicunt) piſtore, q græce dicitur ἀρτοποιός, i. artopœos, quia ἄρτος dicitur panis, & ποιῶ facio. Sed artocopos dicitur quaſi labor panis, nam copos labor dicitur, ſed accipitur pro laborante, Iuuenalis aūt uidetur accipere pro pane, dicens ſatyra v. Salua ſit artocopi reuerentia, ubi tamē pro piſtore accipi poſſet, vt ſic maneat diſcretio panis qualem artocopus fecerit, & ita obſeruādo eius iuſſum ſit ei reuerentia, Sed ad poetam noſtrū. Ipſe ut erat mores urbis doctiſſimus, Hoc exemplo conuincere poſſumus participia cōparari, Nam ſi nomen ſit doctiſſimus, non regeret actū, quo circa ego quidem morum potius dicerem, Hic tamen uerſus potius docet mores legendū, Neq; tñ omnino inauditum ſi ſuperlatiua a participijs actū regentibus deducta actū regant, cū aduerbialia a præpoſitionibus orta id faciant, ut proxime hiſpaniam mauri ſunt, inquit Saluſtius, Sunt quoq;. Aliam affert urbanor⁹ ſtultitiam qui patrimonia ab auis parta cum meretricibus abſumūt, Qui reges, Docet & reges & cęteros bella pro dominio aut inani gloria gerētes urbes fere incolere, ſtipendiarios aūt qui inuocati noīa ſua dant etiā urbanos eſſe & maxime inſanire, cum pro modica ſtipe periculum uitę ſubeāt, quod ruſtici non niſi coacti faciunt pro libertate patriæ & coniuge ac liberis, Qui mare ſollicitāt, Rurſus aliud genus ſtultitię (q̄d Perſius quoq; perſequitur) eorum qui cum ſatis habeant nauigant tñ cum periculo uitæ, Itē ſtultus eſt diuitiæ cui ſunt & negligit, ut auarus. Nam ut dicit Seneca, tam deeſt auaro quod habet q̄ quod nō habet, Vnde de ſene auaro, Hora. Quęrit & inuentis miſer abſtinet & rimetuti, Et. i. ſer. Congeſtis undiq; ſaccis Indormis inhians & tanq̄ parcere ſacris Cogeris aut pictis tanq̄ gaudere tabellis. Stulto. qui ut natis cumulet &c. quia ſępe male abſumunt, unde Perſius, Vt tuus iſte nepos olim ſatur anſeris extis &c. Vide ſatyram ultimā ubi totum eſt hoc argumentū, Et genium. i, naturā. Eſt em̄ genius deus naturæ & loci natiui, quem qui alimentū naturæ debitū ſubtrahūt defraudare dicuntur, Teren. in Phor. Suū defraudans geniū, Q ąe facere ipſe poteſt q̄d per fabellā ſeu apologū de Caſſida pulchre recitat Gellius

Artocopus

Auarus

Genius

Qui numerant ſtellas, & ſe comprendere fata
Poſſe putant ſtulti, uerum dementior iſtis
Naturam quicunq; dei ſcrutatur, & audet

Figere in immensam lumen tam debile lucem
Nostra fides melior, ciuis ratione coactus
Difficile assentit, nudis nos omnia uerbis
Credimus, & plures faculas accendimus aris
Ciuibus est infida fides, inquirere nunc
Mente sinunt arcana dei, si numina scire
Esset opus, poterant nobis se ostendere, uerum
Quando latere uolunt, quid uestigare necesse est
Quæ nos scire negant ipsi qui cuncta gubernant?
Nostra etiam pietas pietate potentior urbis
Nanc uiri qui sacra canunt templisc ministrant
Quanta legunt ruri paucis alimenta diebus?
Vidi ego quæsitas ex rure in mœnia plenis
Puppibus inferri (pietas ea rustica) fruges
Stultorum est aliud genus immedicabile quoddam
Causidici latratores rabulæc forenses
Nummorum aucupium docti, legumc tyranni
Ære patrocinium uendunt producere causas
Et lites pendere diu, uindemia quædam est
Sunt & equestre genus medici, qui tangere uenas
Nonnunq illicitas audent, & ponere quædam
Non intellectis temeraria nomina morbis
His & si tenebras palpant, est facta potestas
Excruciandi ægros, hominesc impune necandi
Qui uero in populis præsunt hominesc gubernant
Quo plus iuris habent, quantoc licentia maior
Insanire solent tanto amplius, o ubi sancti
Rectores, & iusticiæ & pietatis amici
Quos patres sero ante focum memorare solebant?

Omnia nunc abeunt pessum, spoliata queruntur
Templa, gemunt inopes, uiduæ lachrymantur, & huius
Quæ nam causa mali? quia stat pro lege libido

Qui numerant stellas, ut astronomi, & se comprendere fata, ut astrologi, genethliaci & mathematici, Naturam quicūc dei scrutatur, Vnde ille. Mitte arcana dei. Et alius, Altiora te ne quæsiueris, & utroc maior. Non nimis sapere sed ad sobrietatē docēs, Nostra. i, rusticorū, ciuis ratione coactos, i. rationibus innitens. Plures faculas, i. tedas & cæreos tortos, Mente sinūt .i. desinunt. Poterant nobis se ostendere, argumentū quo uero simile sit deum non uelle a nobis nosci, cum se nō præbeat noscendū, Quid uestigare, i. inquirere necesse est ea quę ipsi qui gubernant cuncta, s. superi negant, i. prohibent nos scire? q. d. nihil, Quando aūt, i. qñquidem. Nostra etiam pietas, i. (ut dicunt) charitatis exhibitio in eleemosynis erogandis. Legunt, i. colligūt, Stultorū est aliud, in pragmaticos & causidicos inuehit quasi satyrice. Vnde apte personam cornicis assumpsit. Rabulæc forenses, i. forum iudiciale seu causarū sectantes, Rabula secundū Festum dicitur multis intētus negocijs, paratusc ad radendū quid aut auferendū, uel quia est in negocijs agendis acrior quasi rabiosus. Secūdum Marcellum aūt rabula a rabie dictus est, quē nunc aduocatum uel causarum patronū dicimus, Cice. Non em declamatorē aliquē de ludo aut rabulam de foro, sed doctissimū atc perfectissimum quærimus. Sunt ergo rabulæ (ut iterum Nonius attestatur) litigiosi. Aucupium, i. captionem ab auibꝰ capiēdis, Comicus, Hoc nouum est aucupium, Legumc tyranni, quia summū ius summa malitia est. Ære patrocinium uendunt &c. Enumerat causidicorum uicia. Vindemia quædam. i. lucrum, ut in uindemia quæ est uini collectio, ut messis frugum. Sunt & equestre genus medici, & hoc quoc satyrice. Equestres sunt quia mulis fere uehūtur medici. Venas illicitas ad fœmora mulierum, Nomina temeraria, i. rebus non conuenientia quę fingunt ne ignari deprehendātur. Et si tenebras palpant. i. ceci & ignari sunt, est facta potestas a legibꝰ quæ medicis permittunt ut curent interficere. Qui uero populis prēsunt, in primores & optimates ac magistratus inuehitur. Insanire solent tanto amplius, cum tamen ueniale in alijs scelus in illis maximū sit. Vnde Iuuenalis. Omne animi uitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur. Abeunt pessum i. dest pessundantur & pereunt, spoliata queruntur i. dest conqueruntur templa.

aſtronomi

Facula

Rabula

Aucupiū

Vindemia

Peſſum

Ista tua o Cornix excandescentia fines Ful.
Transit honestatis, scelus omnibus obijcis omne
Innocuos habitare homines et in urbe memento
Non habitant colubri quædam balearibus arua Cor.

Proxima non memini nomen, neq; noctua Cretam
Nec nemus ægerię sonipes, nec uir bonus urbem
Vir bonus est animal rarum, paucaq; per urbes Fuli.
Et per rura locos habet, est rarissima uirtus
Insanis Fulica insanis, tot in urbibus hostes Cor.
Sunt tibi quot ciues, hi nos tondentq; pilantq;
Non habita nostri capitis ratione, coarctant
Nos ad furta, ipsi mox ad suspendia mittunt
Fas igitur si quid nostris sese unguibus offert
Radere, & insidijs ac nostra indagine captos
Deplumare leui tactu, sensim & pedepressim
Si uidet, excusa, si sunt secreta negato
Furta, quod occultum est non est iniuria furtum
Quicquid habent noster labor est, industria nostra est

Fines Baleares
Ballo Balearicos
Eboſus
Noctuas Athenas
Ægeriæ Sonipes

Ista tua o Cornix excandescentia, i. uehemens ira fines, i. limites. Trāsit honestatis Baleares insulę sunt in Hispania a græcis dictę a fundarū iactu, nam ballo significat iacio, tollit aūt nunc l. Balearicos aūt contra glires a senatu auxilium petijsse constat, cum in quibusdā aruis uicinis non possint uiuere serpentes, Ea aūt arua sunt in Eboso quę est insula inter ophiusam et pytiusam, Eboſi em̄ terra serpentes fugat omniū uenenosorū animaliū expers, eadem cuniculos gignit populantes messes balearīū. Dicit aūt se nominis immemorē ut decorū seruetur. nam non cōgruit rustico longinquarum insularū nomina scire, sicut Maronianus rusticꝰ oblitus erat nominis geometræ dicens, In medio duo signa Conōn, & quis fuit alter, Descripsit radio totum qui gentibus orbem, Neq; noctua habitat Cretam cuius nomen nō ignorat, quia sub uenetorū ditione est, Noctua aūt quæ in Creta negaī plurima athenis est usq; adeo ut in prouerbio sit κλαῦκα εἰσ' ἀθήναϛ, i. noctuam athenas, aut in athenas, s, fert is qui merces eo ubi abūdant inutiliter transuehit ac si aquas in mare uehat, Ægeriæ aut nemꝰ est ubi Numa Pompilius secūdus romanorū rex colloquiū cum ægeria nympha uxore sua de rebus religiosis habuit, ubi sonipes negatur uiuere. Est autē equus a sono pedū dictus, Ænei. iiij, Stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit Nec uir bonus urbem. s, habitat sicut nec albion seu britanniā maiorē lupꝰ Vir bonus est animal rarum, Maro. Vir bonus & sapiens, qualem uix reperit ullum, Millibus e cunctis hominū consultus Apollo, Iudex ipse sui, Iuuenalis, Rari quippe boni &c. Haber, i. habitat, residet, Sunt tibi, s. rustico pi

lantq;, Hora. compilo secūda longa posuit, Ne me crispini scrinia lippi Cōpilasse putes, uerbum non amplius addam, Est aūt notum gallis uocabulū quod si tractū est a pilus ñatura primā corripit, Inde aūt tractum uolunt ꝑ apologum Esopi, quo qui duas uxores habuit, alterā iuuenculam quæ canos decerpsit radicitus, alterā grandem natu quę ut sibi cōformē haberet maritū nigros capillos sustulit caluus & depilatus mansit, atq; ita nudatus & priuatus intelligitur suis, quod efficere pilare est, Coarctāt, i. compellunt nos ad furta, quia exigunt quod sine furto nos habere non posse sciunt, & mittunt mox ad suspendia, Potuit nosse candidus quē alij ex agro parmēsi alij ex mantuano oriundū dicunt, Nostris unguibus argute, quia cornices & fulicæ unguibus diripiunt, Sensim, i. perceptibiliter hoc est paulatim & Pedepressim, i. quasi presso pede sine strepitu, Deplumare, qa aues id auibus faciūt, Si uidet, s. quispiā furta excusa dicens uidelicet te iocari uoluisse Si sint secreta negato. Furtum quod occultū est non est iniuria, quia quicqd habent, s. ciues est noster labor & industria nostra, Hæc aūt cornici potius ꝙ bono pastori cōueniunt dicere, quia furta nulli licita sunt, nec sua sibi vē dicare sine superioris auctoritate permissum. Vnde dicit Fulica.

Compilo

Pedepressim

Iam longe egrederis metam rationis & æqui Ful.
O Fulica improbitas urbana coinquinat orbem Cor.
Vnde tot in terras ueniunt æstate procellæ
Fulmina, uenti, amnes, grandoq; uidisse recordor
Tellurem tremere, ac postes & tecta labare
Solem obscurari, noctu obtenebrescere lunam
Cur segeti lolium, messi dominantur auenæ
Vua in capreolos transit caligine uerni
Depereunt floresq; mala parturit omnia nobis
Hæc ciuile nefas, pariet quoq; plura deinceps
Vnde uenit furor amorum, belliq; tumultus
Qui genus omne mali secum uehit, omnibus urbs est
Fons & origo malis, descendit ab urbe lycaon
Deucalion pyrrha cum coniuge rusticus, ille
Intulit illuuiem terris, hic abstulit, ille
Abstulit humanum terris genus, intulit iste
Si terra (ut perhibent) flammis abolebitur unq̄

Istud grande nefas ulla descendet ab urbe
O Cornix iam pone modum sermonibus istis Ful.
Audio iamdudum pueros de pulte loquentes
Cætera si quicq̃ supereſt post prandia dices
Pulti indulgendum monet urbibus hora relictis

Iam longe egrederis metam rationis & æqui quia urbanos deplumare si clam fore speretur consulis. Coinquinat cõtaminat polluit orbẽ. i. uniuersum mundũ. Vnde tot in terras, dicit omnẽ tempestatẽ importunã, oẽmq; calamitatẽ propter urbanorũ scelera a deo demitti. Cur segeti. Vir. Grandia sæpe quibus mandauimus hordea sulcis. Infœlix lolium & steriles dominantur auenæ. Est aũt lolium de quo saluator. Nonne bonum semen seminaui, unde ergo habet zizania? Inimic⁹ homo superseminauit. Vua in capreolos, i. acidas quasi chordulas quibus sese uites palis & ramis alligãt, quibus etiam uesci solent diuites. Caligine. i. aere nebuloso & obscuro atq; ita infecto. Parturit pro parit. i. prouocat ciuile nefas. i. nefandũ ciuiũ scelus Descendit a urbe Lycaon quã ob perfidiã Iuppiter in lycon. i. lupũ transformauit, & occasione cuius sceleris diluuiũ secundum Ouidium superinduxit. Deucalion cũ pyrrha coniuge. i. uxore fuit. s. rusticus, quia in mõtibus thessaliæ habitauit, ubi inter saxa degens ad se profugiẽtes tpe particularis diluuij recepit, quo circa humanũ genus iactis post terga lapidibus seruasse fingitur, Ille. s. lycaon hoc est scel⁹ eius intulit illuuiẽ. i. inundationem aquarum, hoc est diluuiũ terris ideſt in terras, ut inferretq; deos latio, Hic. s. Deucalion cum Pyrrha abstulit. s. illuuiem. Ille. s. lycaon abstulit gen⁹ humanũ terris. Iste. s. Deucalion intulit, s. in terras genus humanũ, quod secundum fabulas perierat, aut secundum historiam illic perijsset si non seruasset. Si terra ut perhibent, id dubitat rusticus aut ex ethnicis sumptum, quibus nõ est fides habenda nisi eadem in sanctis quoq; literis habeantur. Nos autẽ credimus ignem conflagrationis diem iudicij præcessurum. Sed & Ouidius aliquando mundũ igne periturum asserit Metamor. primo. Esse quoq; in fatis reminiscitur affore tempus. Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cœli Ardeat & mundi moles operosa laboret &c. Istud grande nephas scilicet propter quod mundus ardebit descendet ab ulla, i. a quauis una urbe & non ab agro, O Cornix iam pone modũ. i. finem sermonibus istis. s. tuis improbis & contumeliosis. Audio iamdudum pueros. i. minores famulos aut liberos loquentes de pulte. i. instare horam prandij. Si quicquã superest. i. reliquum est, Gellius docet supereſe supra id quod satis est esse. Hora s. prandendi monet indulgendum. i. operam dandam esse aut inuigilandũ pulti ideſt cibo illi rustico quo Romani diu uixerunt. Vrbibus ideſt contumelijs de urbibus relictis.

Lolium

Lycaon
Lycon

Pulti

AEGLOGA VII. QVAE DICITVR POLLVX de conuersione iuuenum ad religionem, Collocutores Alphus & Galbula, cum iam auctor ad religionem aspiraret.

Galbula quid sentis? Pollux doctissimus olim Alphus
Fistulicen, subito quodam quasi numine tactus
Destituit calamos, tunicas, armenta, sodales
Bardocucullatus caput, ut campestris alauda
Quattuor ante dies in relligiosa recessit
Claustra, ferunt illum pecudes dum solus in agris
Pasceret effigiem quandam uidisse deorum
Cætera non memini, sed tu quid Galbula sentis?

Galbula. Si friuolum non sit dicam non sine ratione in hac septima ęglo ga agi de conuersione iuuenũ, nam septenarium numerum qui ex primo impari & proxime illũ subsequente pari conficitur, constat habere nescio quid mysterij non solũ in sanctis literis, sed etiam apud poetas, vñ est illud. O terq; quaterq; beati, & Nam te iam septima portat Omnibus errantem terris & fluctibus æstas. Dicunt prętera septimo quoq; anno immutari nobis ętatẽ, ut primis septem annis simus infantes, proximis pueri, tertijs adolescẽtes, quartis iuuenes, qua ętate constituendũ est nobis genus uitæ, quos & quales nos esse uelimus & in quo genere uitæ. Bene ergo (ut de cæteris ætatibus quę pari ordine subsequunt taceã) in hac septima ægloga agitur de iuuenũ ad religionẽ conuersione. Vñ hactenus adolescentiã suã (sic em̃ inscripsit opus) poeta cecinisse putet, deinceps canturus iuuentã & uirilem ętatem in duobus uidelicet ultimis carminibus q̃ in religione cõposuit, sed linquam⁹ hęc argutioribus. Per Pollucẽ hoc loco intelligo poetã, Fistulicẽ .i. canens in fistula ut nostra ętate, sicut tibicen canẽs tibia gruis ut olim factitabãt, & nũc q̃q; nõnunq̃. Quodã quasi numine tactus, quia spiritus ubi uult spirat. Bardocuculla⁹ caput, i. habẽs caput bardocucullatũ, Bardocullus uestis est gallica grossioris fili, facta compositione ex bardis qui poętę erant gallicani & cucullus, cucullus em̃ uestis grossior est capite tegẽdo apta, Bardi item dicebant olim stulti apud gallos, ut possis accipere bardocucullum uestem fuisse gallicam stultorum & uilium hominum, vnde Martia. in distichis. Gallia santonico uestiri bardocucullo. Cercopithecorum penula nuper erat. Bardus ad hoc auctore Festo stultus a tarditate ingenij appellatur, gręce aũt bardys dicitur. Prętera (ut idem inquit) bard⁹ gallice cantor appellat quiuirorũ fortium laudes canita gente bardorum

Fistulicen
Tibicen
Bardocucullatus
Bardocullus
Bardi
Bardus

Bardum — De quibus Luca. Plurima securi fudistis carmina bardi, Nonius aũt dicit bardum esse propria ui & ingenio tardũ, nam greci bardos tardos dicebãt Plautꝰ in Persa. Nimis equidem pro barda & pro rustica reor habitã esse Ex his & alijs multis, ut de alpibus patet gallicarum quoq; linguam immutatã esse, nam multa nunc aliter q̃ olim dicebantur a gallis dicunt, ut cã

Alauda — pestris, i. in campis uersari solita, alauda, i. auis cucullata et plumeã cristam habens, Effigiem quandã uidisse deorum, ut in processu patebit, Videtur aũt diuã uirginẽ intelligere, aut quę Herculi occurrisse a Cicerone memoratur, de qua suo loco dicam, Cætera non memini, Id em̃ & rustico conuenit, ut iam sæpe diximus, & œconomiæ atq; argumento huius æglogę, nã intendit narrando duo facere colligere uidelicet laudes pastorũ & perfectionẽ religionis potissimũ carmelitanæ, quæ prima est,

Vt dixere patres faciens primordia rerum — Galbula
(Magna canam nobis quæ quondam tradidit Vmber)
Instituit deus agricolas, pecorisq; magistros
Primus agri cultor, rudis immansuetus & asper
Qualis humus, segnis, lapidosa, rebellis aratro
Ast ouium primus pastor mitissima proles
Instar ouis, quæ bile caret, quæ lacte redundat
Mitis erat, nullis unq̃ pastoribus asper
De grege sæpe suo sacrum ponebat ad aras
Nunc oue, nunc pingui uitula faciebat, & agno
Sæpius, & magno diuos ambibat honore
Sic profecit apud superos sic numina flexit
Vt fuerit primo mundi nascentis ab ortu
Tempus ad hoc cœlo pecoris gratissima cura
Assyrios quosdam (sed nescio nomina, curę
Diminuunt animum) deus ex pastoribus olim
Constituit reges, qui postea murice & auro
Conspicui, gentes bello domuere superbas
Cum Paris iliaca tria numina uidit in ida
Aut Paris aut alius, puerum qui obtruncat ad aram
Pastor erat, quando cœlesti exterritus igne

Venit ad ostentum pedibus per pascua nudis
Pastor erat Moses, Moses a flumine tractus
Exul apud graios amphrisia pastor Apollo
Rura peragrauit, posito deitatis honore
Cœlestes animi christo ad præsepia nato
In caulis cecinere deum pastoribus ortum
Et noua diuini partus miracula docti
Pastores primi natũm uidere tonantem
Et sua pastores infans regnator olympi
Ante magos regesq; dedit cunabula scire
Se quoq; pastorem deus appellauit, ouesq;
Mitibus ingenijs homines, & mentibus æquis
Et ne uana putes hæc somnia, nuper ab urbe
Rus ueniens, picto perlegi hæc omnia templo
Sunt pecudes pictæ, parui sub matribus agni
In tellure cubant ingens equitatus ab alto
Monte uenit, radiant auro diademata diuum
Et suspensa tenent uaga lumina prætereuntum
Non igitur mirum noster si numina Pollux
Vidit, amant uillas & oues & ouilia diui
Simplicibus præsens deus est, offenditur astu

Vt dixere patres. Vt probet uero simile esse pastori numen uisum a ltiº orditur laudes pastorum, docetq; ꝙ uerum est Abelem primum iustum fuisse pastorem, multosq; reges ut Abraã Dauid & similes fuisse pastores, Christum ad hoc se appellasse pastorem dicentem. Ego sum pastor bonus Et recens natũ primo a pastoribus agnitũ atq; uisũ & multa id genus alia quę legendo patebũt, Vt dixere patres, Vir. Arunci meminere senes. Rustici em̃ non ex libris sed ex maiorũ relatu hystorias sciunt, Deus faciens primordia rerum, i. in prima hominũ genesi instituit agricolas, ut Adam & primogenitum Cayn. Pecorisq; magistros ut Abelem, quia aũt dicẽdo primordia rerum, uisus est altius ordiri, bonam facit parenthesim dicens, Magna canam nobis quæ quondam tradidit umber, cui totam doctrinã suam ubiq; acceptam fert, Primus agricultor. s. Cain ac ouium primus pa

Bile

ſtor.i.Abel,Inſtar.i.in ſtatum & morem ac ſimilitudinem, quod Valla ne
gat,quæ bile,i.colera amariciem animo afferẽte.Sacrum ponebat ad aras

Facio
Operor

Hiſtoria patet in principio geneſeos,Vitulo faciebat.ſ,rem ſacram,Sed fa
cio & operor per ſe poſita de rebus ſacris intelliguntur, Nec dices faciam
uitulam,quia id tauri eſt ſed uitula aut uitulo ſubaudiẽdo rem diuinam,ut
in buco.Maro,Cum faciã uitula pro frugibus ipſe uenito, Diuos ambibat
,i.ambientiũ more uenerabundus adorabat,Sic.i.uſq; adeo numina flexit
ut cura pecoris fuerit a primo ortu mundi naſcentis,ſ.uſq; ad hoc,i, noſtr;
tempus gratiſſima,i.acceptiſſima cœlo,i.cœleſtibus,Aſſyrios ut Abraam

Paris
Hecuba

Loth,Iob,& cæteros patriarchas.Cum Paris Alexander qui & paris pa
ſtor fuit,Nam cum Hecuba ipo grauida uiſa eſſet geſtaſſe catellum facem
geſtantẽ,qua tota troia incendebaꝫ,idq; ad Priamum retuliſſet, & ille ad
ſomniorum & fantaſmatum interpretes reſponſum accepit filium geſtare
qui Troię cremandæ occaſionem daret,quo circa pater quicquid pareres
interfici iuſſit,mater aũt non interfecit,ſed exponendũ feris dedit,ubi a pa
ſtoribus inuẽtus ab illis educatus quoq; in uirũ creuit,atq; ab œnone nym
pha adamatus eſt,iudiciumq; inter tris deas dediſſe fertur,Cum uero opti
mus eſſet athleta,& cum Hectore congreſſus eum uiciſſet,ab eo interemp
tus fuiſſet niſi frater agnitus tandẽ pro Helena promiſſa in græciã profect⁹
fatalem attulit prędam,unde Sta.in achi. Soluerat ꝯbalio paſtor de littore
claſſem Dardanus.Paris ergo aut alius quia de nomine ut ruſticus dubitat
cum uidit tria numina.ſ.Iunonẽ Palladẽ & Venerẽ de p̃ſtantia formæ con
certantes in ida.i.ſylua ſic dicta,iliaca,i.troiana,quod additur ad diſcretio

Ida
Iliaca

nem cretenſis erat paſtor,Puerum qui obtrũcat ad aram.ſ,Abraam qui id
facere uoluit,erat paſtor.Paſtor erat Moſes,quãdo cœleſti exterritus igne
,ſ. in rubo qui non comburebatur uenit ad oſtentum,i. miraculum aliud
portendens,ut uirginitatem diuæ genitricis chriſti,Pedibus nudis,quia iuſ
ſus eſt calciamenta exuere,Moſes inquam a flumine tractus,ſ.a filia Phara

Moſes

onis regis ægypti,cum eſſet in ſiſcella ſuper aquas natans,unde nomen ac
cepit, Apollo ſpoliatus diuinitate pauit Admeti regis armẽta nouem ãnis

Nomius

unde Nomius,i.paſtoralis eſt dictus,pauit aũt iuxta amphriſum fluuium
theſſalię.Spoliatus dico diuinitate ꝓpter interfectos cyclopas,unde in prin
cipio iiñ,geor.dicit Virgilius,Et te memorãde canemus paſtor ab amphri
ſo,Ideo hæc ſecundum Macrobium libro primo ſaturnaliũ fingũtur, quia
Apollo ipſe eſt ſol qui omnia paſcit,Deitatis latinius diceretur diuinitatis
ſed carmen id non accipit,Cœleſtes animi,i.ſpiritus,unde Qui fecit ange
los ſuos ſpiritus,In caulis,i.ſeptis paſtorũ ubi faciebant uigilias ſuper gre

Caulis

gem ſuum,ut Lucas præclare memorat.Ante magos,i.ſapientes perſarũ
& indorum,quia eadem nocte qua natus eſt cum ipſis ad minimum deci
mo tertio die primum uiſus ſit,dico ad minimum,quia controuerſia eſt,an
eodem anno an alio, Ante magos regeſq;,Vnde magos pro regibus acci
pimus propter illud,Reges tharſis &c,Se quoq; paſtorem deus appellauit

dicens,Ego ſum paſtor bonus,Oueſq; addens. Agnoſco oues meas & cog
noſcunt me meæ,i,miti ingenio præditi homines,Picto perlegi hæc oĩa
templo,i.parietibus phani,Vbi pictura eſt rudium ſcriptura,& ideo dicit
perlegi,Maro in ſexto,Qui protinus omnem perlegerat.Magna enim eſt
conuenientia pictoris & ſcriptoris,unde eos Flaccus æquiparat dicens,Pi
ctoribus atq; poetis Quid libet addendi ſemper fuit æqua poteſtas, Sunt
pecudes.ſ. paſtorum qui chriſtum uiſerũt. Ingens equitatus.ſcili.trium re
gũ Diademata diuum aut regum aut angelorum aut chriſti & parentum
eius,hoc eſt matris ueræ & patris legalis ac nutricij & naturalis a quibuſdã
putati,Et ſuſpenſa tenent uaga lumina ideſt oculos prętereuntium,hoc eſt
cogunt prætereire parentes immorari,donec picturam perſpexerint,
Amãt uillas ideſt domos ruſticas,& oues & ouilia,Simplicibus deus præ
ſens eſt id ſancte & moraliter

Vera refers,pecori ſic ſint innoxia noſtro Alphus.
Paſcua,uidi aſinum,uidi præſepe,bouemq;
Iam memini turbæ uenientis & ora uidere
Indica iam uideor regum ſua dona ferentum
Vnum oro,quæ nam Polluci occurrit imago?
Galbula ſi noſti,ne ſit labor omnia fari
Et noui,& memorare libet,res digna relatu Gal.
Res digna auditu,pia,ſancta,imitabile factum
Durus & immitis pater atq; ſuperba nouerca
Pollucem grauiore iugo preſſere iuuentæ
Tempore,cum dulces animos noua ſuggerat ætas
Et cum iam inualidæ longo ſub pondere uires
Deficerent,nullaq; odium manſueſceret arte
Conſtituit tentare fugam,res una uolentem
Ire diu tenuit,nimis impatienter amabat
Error enim communis amor iuuenilibus annis
Res eſt fortis amor,uiolentia fortior,fuit
Et tales abiens(mihi nanq; ſolebat amores
Enarrare ſuos)mœſto dedit ore querelas
O uirgo lachrymæ ne tuis ſoluentur ocellis

Cum te tam charo cernes ab amante relictam:
Vlla ne discessu duces suspiria nostro:
Tu ne mei crudelis eris forte immemor unquam
Vsq; adeo ne tuum poterit frigescere pectus:
Pectus quod totiens tot lumina fletibus implet
Tu ne trahes crebros gemitus, et pallida fies:
Cerno oculos, cerno lachrymas, cerno anxia corda
Virginis, heu tantum qua dissimulare dolorem
Fas erit arte: dolor duplex mea pectora torquet
Illius atq; meus, sed fas mihi flere, quod illi
Non licet, occultus longe magis æstuat ignis
Incolumem mihi uos diui seruabitis illam
Vt quando exilio repetam mea rura peracto
Fiat amor fœlix, saltem semel ante senectam.

Vera refers. Approbat Alphus, uidi asinũ & bouẽ & præsepe. s. domini qui in eo ante asinum & bouem est positus. Vidi inquit de pictura intelligens, Iam memini turbę uenientis. i. in mentem uenit & ego uideor mihi nunc uidere ora indica. i. indorum regũ ab India uenientiũ, & uideor uidere ora regum ferentiũ, i. offerẽtium, dona. s. aurum thus & myrrham. Et noui & memorare libet, quia res digna relatu, i. ut referatur & recenseatur, & factũ, s. pollucis est imitabile. Durus & immitis pater. Vir. Est mihi nãq; domi pater est iniusta nouerca, Videt aũt hęc uera uitæ ipsius poetæ descriptio. Grauiore iugo, quia nimis rigidi & seuerierant, ut in prima egloga docuimus. Et cũ inualidę. Est em̃ ea ętas imbecillis & inops cõsilij. Nullaq; odium. s. parentũ arte. s. filij, Constituit tentare fugam. i. discedere clam a parẽtibus tam duris, Error em̃ cõmunis, unde prius. Semel insaniuimus omnes Reseſt fortis amor uiolentia fortior. s. est. O uirgo, Querulosa discessio ab amica, crudelis q̃ amantẽ non redames, Maro, O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas &c. Quod lumina legendũ uidetur tot ut sit pect⁹ linquam quod implet totiens lumina tot fletibus. Dolor duplex illius atq; meus, illius. s. uirginis quam occulto æstuantẽ putat amore, & se qui manifesto absumitur igne, Exilio peracto, quia in exiliũ uoluntarium, ut patris seuitiam & nouercale odium deuitet abscedere destinauit, Fiat amor fœlix, ut potiatur amica saltem semel, id amatorie & modeste,

Talia pergebat memorans, uoluitq; reuerti

Tantus amor iuuenem uis tanta furoris agebat
Sed iam iacta fuga cunctis erat alea nota
Fronde sub herculea fessus mœrore sedebat
Ecce puellari uirgo stipata corona
Ora, manus, oculos, habitumq; similsima nymphæ
Et tali affata est puerum sermone dolentem
Chare puer quo tendis iter: uestigia uerte
Nescis heu nescis quo te uia ducat, & audes
Ignotis errare locis: nihil insidiarum
Per campos ratus herbosos, nihil esse pericli
Omnia tuta putas, & quod placet utile credis
More iuuentutis stolidæ, collectus in orbem
Sæpe latet molli coluber sub graminis umbra
Est facile incautos offendere, paruulus infans
Innocuos rutilum digitos extendit in ignem
Nec nisi iam lesus uires intelligit ignis
Hæc regio intrantes aditu consueuit amœno
Fallere, delitias offert & gaudia, uerum
Ingressis cum triste nihil superesse putatur
Mille parat laqueos, & mille pericula profert
Trames hic ut collem gressu superaueris illum
Ducit in umbrosam syluam, crudele ferarum
Hospitium loca tetra, situ & caligine opaca
Quisquis eo deceptus abit, remeare metatur
Et piceis primum uelatur lumina uittis
Deinde per omne nemus, dumeta per aspera tractus
Transit in effigiem monstri, dum uoluere linguam
Atq; loqui tentat, mugit, dum attollere sese
Credit, humi graditur quadrupes, necq; suspicit astra

Ima tenebrosæ uallis locus æquore nigro
Occupat, & nigris mons plurimus imminet undis
Huc tracti in stygios latices altumq; baratrum
Præcipites dantur, rapidaq; uoragine merli
In styga & æternas erebi rapiuntur in umbras
Heu quot pastores istis ambagibus acti
Cum gregibus periere suis, ego sedula semper
Monstro iter, hic ad opem uigilo indefessa ferendam

Talia pergebat memorans. Commemorat quę uirgo uisa sit Polluci cũ iam fugam facere decreuerat. Eam aũt, quia in carmelũ ire suader, & uirginum coronã secũ duxit, non inepte putaueris diuam uirginem Mariam, Cuius protectione & nomie insignitur nunc carmelica religio, quã auctor noster professus est. Quin adeo ægloga viii. id manifeste docet, alludit tñ ad eam quæ Herculi apparuisse dicit, vñ dicit apparuisse iacẽti fronde sub herculea, respicit q̃q; ad biuiũ pythagoricæ literę, de qua in opusculo Maroniano abũde diximus. Vt uero sciamus q̃ Herculi apparuerit, audiam⁹ Cicero. i. officiorũ ita disserentẽ. In primis cõstituendũ est quos nos & quales esse uelimus, & in quo genere uitæ, q̃ deliberatio est omniũ difficillima Ineunte animi adolescentia cui ineſt maxime imbecillitas consilij, tunc id sibi quisq; genus ætatis degendę cõstituit q̃d maxime adamauit, Itaq; ante implicat aliquo certo genere cursuq; uiuendi q̃ potuit q̃d optimũ esse iudicare. Nanq; Herculẽ. Prodicus dicit (ut est apud Xenophontẽ) cũ primũ pubescęret (quod tempus a natura ad deligendũ quã quisq; uiã uiuẽdi sit ingressur⁹ dictum est) exisse in solitudinẽ atq; ibi sedentẽ diu secũ multũq; dubitasse, cũ duas cerneret uias, unam uoluptatis, alteram uirtutis, utram ingredi melius esset hoc Herculi Iouis satu edito potuit fortasse cõtingere nobis non idem &c. Hæc Cice. Aiunt aũt inter dubitandũ duas accessisse matronas uirtutẽ & uoluptatẽ, quarum uoluptas prior ingressa accuratissi me erat ornata & omnes delitias post se trahebat, respectans aliq̃n cũ fastu quę omia ostentans & multa etiam plura pollicens secũ trahere Herculẽ tẽtauit. At uirtus aspera & dura seuereq; intuens contra, Non polliceor inq; aliquã uoluptatem aũt quietẽ, sed laborẽ, pericula, sudores infinitos terra mariq; tolerandos, sed horũ premium erit te deũ fieri. Quod audiens Hercules grauibus uerbis uoluptatẽ repellens uirtutem secutus est. Cuius (ut inquit Maro) primus ingressus difficilis uidetur, Nam uia uirtutis dextrũ petit ardua callem. Difficilemq; aditum primum spectantibus offert. Sed requiem præbet fessis in uertice summo. Sed ad auctorem, Voluitq; reuerti, s. ad uirginem quam constituerat deserere, quia nihil inconstantius aman

Vitæ genᵃ cõstituẽdũ

Vitæ Herculi ostensę

Matronæ herculi uisę

te, Sed iam alea erat iacta, i. Iam perfricuerat frontẽ, hoc est periculũ diffamiæ nõ amplius timuerat, & ita erat extra aleã p quã significat omis ineertus euentus & omne periculũ, ut alea belli &c. Erat aũt iacta fuga, i. per fugam quam parauerat nota cunctis. i. omes sciebant q̃ fugere constituerat, & hoc animo sedebat fessus mœrore amore languens & mœrore confectus, sub fronde herculea, i. sub populo quæ plurima crescit in ripis padi, unde Ouidius. Populiferq; padus &c. Ea aũt arbor dicatur Herculi, vnde Populus
Alea

Populus

Aditus

Styx

Erebus

Stygias

Baratrum

Vir

Aditus

bium aũt semper produci uult, Crudele hospitium, appositorie, sicut ęnei. vi. Itur in antiquam syluam stabula alta ferarum, Situ, i. mucore & lanugine immunda, Remeare uetatur, Maro. Facilis descensus auerni, Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Sed reuocare gradum superasq; euadere ad auras, Hoc op⁹, hic labor est pauci quos æquus amauit Iuppiter, aut ardẽs euexit ad ęthera uirtus, Dijs geniti potuere, Piceis uittis ideſt caligine ignorantiæ & desperationis uelatur lumina ideſt habet oculos uelatos, Est emꝫ greca locutio. Vittis ideſt fascijs quibus ligari solent decollandorum oculi Transit ideſt transformatur in effigiem mõstri, docet quid metamorphoses poetarum sibi uolunt quibus Vlyssis socij in feras & pecudes uersi finguntur. quia homo uoluptati deditus fit bestialis. Animalis aũt homo non percipit ea quę sunt spiritus dei, Vnde neq; suscipit. i. sursum inspicit astra, ut illic, Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsũ. Ima occupat, i. semper uersatur in limo carnalium desideriorũ. Mons plurimus, i. difficultates & pericula quę sunt in luxuriosa uita, Latices stygios ideſt obscenas aquas tristitiæ infernalis, Altumq; ideſt profundum baratrum ideſt uoraginem In styga. i. lacum infernalem a tristitia dictum, Declinatur aũt hæc styx huius stygos, unde hanc styga actũs. Erebus fere a doctis sine h scribitur, dicitur q; lacus obscurus, nam erebennos obscurus dicitur. Ego. s. uirtus aut bona inspiratio, Indefessa ideſt indefatigabilis, Multa prætereo, quia nota sũt etiam pueris.

Tolle moras igitur, mortis fuge blanda propinquæ
Atria, secreti tutam pete littoris oram
Qua contra idalios fluctus mihi tollit in altum
Aera carmelus uiridi caput arbore cinctum

Primus hic antiquis patribus ſpelæa domoſq;
Præbuit arboreas, intra nemus ilice denſum
Ex hoc in ueſtros deducta cacumine montes
Relligio uenit, ſicut de fonte perenni
Flumina, & exuno multi genitore nepotes
Illius in ſyluis abies ubi plurima ſurgit
Pinguis ubi piceæ ſudat liber, & terebinthi
Innocuum poſtq; fœliciter egeris æuum
Mox tua mutatis ætas renouabitur annis
In loca te tollam meliora, uiuentia ſemper
Immortalis eris diuum comes, ire per aſtra
Inter hamadryades & oreades atq; napæas
Flore coronatas caput & redolentibus herbis
Fas erit, ac ſuper et ſubter cognoſcere cœlos

Tolle moras, Proſequitur uerba uirginis q̃ Pollucí apparuit. Blanda atria mortis propinquæ, quia ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto deſcendũt ad inferna, & alibi. Stulti hac nocte rapient animã tuam, Tutã oram. ſ. mõtis carmeli, qui contra idalios lucos. i. cypron portendit, Mihi aut diuæ uirgini aut ſanctæ inſpiration, nam omis religioſa profeſſio Heliam & Heliſeum ceteroſq; filios prophetarum habet auctores, etiã Hieronymo cenſore Hic. ſ. carmelus prębuit primus antiquis patribus, ſ. iam dictis, ſpelæa, i, ſpeluncas & domos arboreas, i. ſub arboribus intra nemus denſum ilice, i. in nemore ilicibus pleno, Vnde dixit. Caput eius cinctum uiridi arbore, Relígio uenit deducta ex hoc cacumine, i. ex hoc uertice carmeli in ueſtros mõtes, qui, ſ. in Europa ſunt. Nam duce diuo Lodouico primũ in Galliam trãſlati ſunt ſicut flumina, ſ. deducuntur de fonte perenni, i. per totũ annum, & ita perpetuũ fluẽte. Flumina emſere in montibus fontẽ habent pro capite Illius in ſyluis. Ordo eſt, Poſtq; egeris fœliciter æuum innocuum in ſyluis illius, ſ. carmeli ubi, i. in quib⁹ ſurgit plurima abies & liber, i. cortex interior piceæ. ſ. arboris pinguis, quia picem exudat & liber terebinthi ſudat. ſ. reſinam & picem, Allegoricos uult illic tranquillam & ſine penuria eſſe uitã, quia qui omnia derelinquunt chriſtum ſequentes centuplũ recipiunt, & uitam æternam poſſidebunt. Mutatis annis. ſ. in æternitatem qui erant tranſitorij, Ire per aſtra inter hamadryades, i. nymphas arborum & oreadas .i. nymphas montium & napæas, i. nymphas florum. i. inter cœtus uirginũ fas erit, quia & ipſa uirgo. Hi ſunt qui ſequuntur agnum quocũq; ierit &c. Ac ſuper & ſubter, quia in medio erit.

Spelęa

Liber

Hamadryades

Oreadas

Napæas

Sic effata leues uirgo diſceſſit in auras
Tum ſua iurauit Pollux mutata repente
Pectora, & extemplo uictum expiraſſe furorem
Non aliter q̃ flamma cadet, ſi ardentibus agris
Effluat & totas præceps padus euomat undas
Sic abijt crudelis amor, qui ſæpe pharetram
In iuuenem, dum principijs obſtaret amandi
Dum tepet ac timide inſanit, conſumpſerat omnem
Sic igitur Pollux in clauſtra ſilentia uenit
Sunt quibus aſpirent etiam nolentibus ultro Alphus
Sunt quibus infenſi ſine cauſa & crimine dij ſint
Quod nos in pecudes in nos id iuris habent dij Gal.
Hoc rus ſcire ſat eſt, ſapiant ſublimius urbes
Sic docuit rediens aliquando ex urbe ſacerdos
Ianus, & in magno dixit ſibi codice lectum
Sol cadit, et baldi uix ſumma cacumina tangit Alphus
Nos quoq; iam ſero cum ſole recedere tempus
Galbula ſarcinulas ne ſit tibi ferre moleſtum
Pera leuis, leuis eſt & cantharus, omnia paruus
Ferre labor ſero, graue mane, ſed utile pondus
Ipſe pecus ducam, mihi pars eſt iſta laboris

Sic effata, Bene effata quia ſic dicuntur oracula, Virgo aut uirtus aut diua uirgo diſceſſit in leues auras, i. euanuit, Tum ſua iurauit Pollux, ideo iurauit, quia difficile creditu, Simile diuo Thomę aquinati contigiſſe dicunt qui accinctus lumbos poſtea uenereum ardorem non ſenſit, Et extemplo Extemplo, i. illico eueſtigio tractum ab auguribus uolunt, qui deſignato templo dicebant extemplo, quo dicto ſubito abſceſſerant, Furorẽ, ſ. amoris, Nõ aliter ſ. ut aqua extinguit ignem. Qui conſumpſerat in iuuene omnẽ pharetram .i. omnes uires ſuas, dum principijs obſtaret, i. obſtare uellet aut deberet, Iuxta illud, Principijs obſta &c. Dum tepet, i. dũ animus in dubio eſt, facili momento huc aut illuc impellitur, Ac timide inſanit, i. adhuc cum timore & pudore & nondũ conſentit in illecebras. Sic igitur Pollux in clauſtra ſi-

lentia uenit, ubi impeditam habet uenam ne libere canat, Sūt quibus aspirent, quia spiritus ubi uult spirat, Sunt quibus infensi sine causa & crimine dñi sūt. Id impie nisi rustice, quia consilia dei sæpe occulta sunt nunq̄ autem iniusta, Videntur aūt dñi infensi bonis & insontibus quādo maxime amici sunt, hoc est quando eis tribulationem ut meliores euadant demittūt. Nā uirtus in infirmitate perficitur, Quia ergo rustici id non animaduertunt uidentes bonos affligi dicunt deum eis infensū cū minime sit, uerūtn̄ si sit, non tn̄ ininstus est, quia non habet p̄scriptā legē, Vn̄ dicit Galbula, Quod nos in pecudes. Ordo est, dñi habent id ruris in nos q̄d nos, s. habemus in pecudes, Hoc nos scire sat est. s. rusticos, sapiāt sublimi⁹ urbes, i. urbani, Sic docuit rediens, i. ueniens, cū illic habitent fere p̄dicatores, & Ianus dixit sibi lectū in magno codice, s. decretorū aut in biblia, Sol cadit, Pro more suo finem parat eglogę docens discedendi tempus, Galbula sarcinulas, Ordo est

Sarcinulas

O Galbula ne sit tibi graue, i. molestū ferre, i. auferre & colligere sarcinulas .i. paruas rerū pastoraliū sarcinas, Pera. s. nostra in qua panis & cætera edulia ferri solent est leuis, Vnde dicunt Esopum cum alīs accinctum ad iter libenter subīsse reticulum panis, licet ponderosius esset, quia nouit in itinere imminutū iri, Cantharus est poculum quo Silenus uti dicitur in bucoli. Virgi. Et grauis attrita pendebat cantharus ansa. Cantharus ergo leuis q̄a

Cantharus

exhaustus, Paruus labor est ferre omnia. s. potus & cibi repositoria, Sero. i, uesperi, & graue pondus, sed utile est ea omnia ferre mane, Ipse. s. ego ducam pecus ideſt gregem nostrum.

AEGLOGA VIII. QVAE DICITVR RELIgio, de rusticorum religione, Collocutores Candidus & Alphus

Horrida solstitio tellus sitit Alphe reuerso — Can.
Ad solitos montes, ubi ros in gramine, & æstas
Mitior hæc armenta monet deducere tempus
Aereos montes & summa cacumina longe — Alphus
Prospicio, quid sint montes (tibi uera fatebor)
Nescio, semper enim campestria rura lacusq̄
Incolui, montanus ager qua fruge redundat.
O rude & illepidū ingeniū, prope flumina semp̄ — Can.
Versatus fulicæ in morem, limosa per arua
Sunt ubi ranarum, culicum, pulicum, cimicumq̄

Lustra, inter salices, uluas, uirideſq̄ papyros
Irridere audes, & nauci pendere montes
Vnde fluunt amnes: templis ubi tanta locandis
Marmora cæduntur: fulgens ubi nascitur aurum:
Quæ parit antemnas tellus: medicamen ab herbis
Dic quibus est nisi montanis: de uertice baldi
Sæpe melampodion legi, medicina capellis
Nulla magis præsens, quondam ualsasinus ægon
Tradidit hoc, dum uere sues castraret & agnos
Tradidit & dixit, solus medicamen habeto
Dic ubi castaneæ plures ubi copia maior
Glandis: in excelsis fontes & pascua uidi
Montibus, artocreas & pingue polenta comedi
Sunt populi fortes illic robusta iuuentus
Lata pedes callosa humeros, neruosa lacertos
Hispida, dura manus, moli indefessa ferendæ

Horrida solstitio tellus sitit. In hac ægloga quæ inscribitur de religione pastorum habentur primo laudes montium, quas Candidus nactus occasionem ex calore solstitiali quo urgente montes petere suadet, accumulat, non immemor (si recte sentio) carmeli sui, quē incolere iam cū animo constituerat, & cuius laudes prosequi intendit. Solstitio. s, æstiuali nō brumali Est em̄ duplex, alterum quo sol stare dicitur q̄ altius assurgere in epicielo Solstitia suo nequit, alterū quia profundius descendere non potest, ut in bruma, Ad duo solitos s. candido & gregi eius, nam Alphus mōtes ignorat, Ordo est, tempus monet deducere (dicerē diducere aut producere, nā deducere in altū Deducere inusitatū est) hęc armenta ad mōtes solitos ubi ros est in gramine, & æstas mitior, i. tēperantior estus, quia in sūmis montibus tpe ęstiuo frigus opacū est, Montanus ager qua fruge redundat. Ex hac quęstione nanciscit occasionem montiū describendorū. O rude ingeniū uersatus, cōstructio ad rem respiciens non ad uocem, sicut apud comicū, Scelus qui me perdidit, Pulicum primā communē habet hęc uox, Cimicū, cimices sunt uermes fœtidi Cimex parietibus & lectis inhęrentes, & ubicūq̄ uapor est aq̄rū frequentes, ut culices, pulices, muscæ & id genus bestiolæ, Lustra potius ferarum sunt. Inter Lustra Vlua salices, quæ in locis humidis nascuntur, Vluas ideſt herbas palustres

Papyros Nauci

& papyros,i.arundines quę in ægypto tantæ naſcuntur ut ex ſingulis internodijs faciant nauiculas,Habet aũt membranã tenuem in qua olim ſcripti tabãt,unde nũc abutũtur uocabulo papyrum pro chartis dicentes.Et nauci pendere,i.non pluris facere cẽ nauci,quod aut putamen eſt nucis,ut Priſ. & Tortellius ſentiunt,aut granum fabæ cum ſe aperit,ut Seruius uult, aut ut nonnulli mucor nucis priuſcẽ condenſatur in nucleum.Ponitur aũt pro nihilo aut re minimi precij & ualoris,Vnde fluunt amnes,quia fere in mõtibus ortum habent,ubi tanta marmora cędũtur locandis,i.conſtituendis templis,i.ad conſtituenda templa.Antemnas,i.malos trãſuerſos.Sępe me

Antemna Melampodion

lampodion legi,i.collegi,Melampodion aũt eſt genus elleborinigri,a melampode quodam qui eo uti in diuinationibus ſolebat dictũ,aut a paſtore eiuſdem nominis qui primus hanc herbam inueniſſe dicit, dum capras eo purgari animaduertit,datocẽ earum lacte furentes prœtidas ſanari. Vñ dicit Maro geor.iij.Inuentęcẽ nocẽ artes ceſſere magiſtri,Phillyrides chi

Melampus Mantes

ron amithaoniuſcẽ melampus.Interpretatur aũt melampus nigri pedis,uocant em melam nigrum.& πους pus dicit pes,Fuit & alius mantis ,i.uates inſignis,Medicina capellis Nulla magis prędens,i,pſentius & citius ſanans Quondam ualſaſinus ægon,Ne contra decorũ medicinę peritus cẽſeatur

Artocreas Paſtillum Artos

dicit ſe accepiſſe ab ægone paſtore,quem ualſaſinum a loco nominat, Dic ubi caſtaneę plures,uidelicet cẽ in mõtibus q.d.nuſcẽ, Artocreas,i.panẽ cui caro includitur,paſtillum uulgo uocant,αρτος artos em dicitur panis, & κρεας creas caro,Lata pedes,i.habens latos pedes,calloſa humeros, habẽs humeros calloſos ex labore aut pulpoſos,Neruoſa lacertos,i.habens lacer

Hiſpida

tos neruoſos.Hiſpida ideſt piloſa moli ferendæ,i,ad molem ferendam,i. quod uis onus portandum indefeſſa ideſt indefatigabilis.

Vallibus ex illis onera ut naualia curet
Confluit huc,nullum eſt hominum genus aptius urbi
Siue uelis caſtrare pecus,ſeu ſcindere phagos
Siue fimum ferri e ſtabulis,haurire cloacas
Latrinas curare,uiamcẽ aperire coactis
Sordibus,& ſcalis puteos deſcendere in altos
Ingenio callent,& duro robore pollent
Sed quid opus multis?ſubeunt opus omne,popinis
Inſeruire,focos lignis cumulare,uerucẽ
Artifici uerſare manu,dare libera fumo
Spiramenta,boum uentres ad flumina ferre
Verrere humum immundam ſcopis,doctiſſima gens eſt

Quodcẽ magis miror,ſemper ſub pondere currunt
Cotibus in duris oriuntur,& arduá uiuunt
Per iuga cum capreis habitant ſpelæa ferarum
Adde cẽ in cœlum breuis eſt e montibus altis
Tranſitus,erectum caput uſcẽ ad nubila tollunt
Nubila tranſcendunt aliqui,puto ſydera tangant
Eſſe locum memorant ubi ſurgit ab æquore titan
Qui niſi dedidici,contingit uertice lunam
Et uixiſſe illic hominem,ſed poſtea abactum
Improbitate gulæ,cẽ ſcilicet omnia poma
Manderet,& magno ſeruaret nulla tonanti
Hinc diui ſanctiẽ patres in montibus altis
Delegere domos tacitas,cartuſia teſtis
Carmelus,garganus,athos,laureta,lauerna
Et fina,& ſoractis apex,umbroſacẽ uallis
Et iuga nurſini facto ſenis inclyta,& altis
Abietibus turrita caput camaldula ſanctum
Cætera prętereo,nec enim ſermonibus iſtis
Omnia complecti ſtatuo,montana frequentant
Culmina cœlicolæ,ſed anas & mergus & anſer
Ibis,onocrotalus,milui,fulicæcẽ paludes

Vallibus ex illis,i.inter mõtes ſitis,aut loquitur de planicie quę eſt in mõtibus,Enumerat aũt ſordida miniſteria ad quę fere aptiores ſunt in montibus orti,ſicut ad omnẽ laborẽ, Vnde Iuue.ſaty.ij,Et illud, Audiret poſitis montanũ uulgus aratris,Poſſet tũ uideri loqui de in planicie & conuallib⁹ natis,ut illis det honeſta miniſteria,his ſordidiora,ſed de his qui in mõtib⁹ naſcuntur totus eſt ſermo,quia dicit Cotibus in duris oriuntur,credam de illis loqui qui in franciã ueniunt purgaturi cloacas & fumaria,Idcẽ quaſi ſatyrico morſu,ut neſcias an laudet an ueri⁹ irrideat eos,niſi quia ruſtico dat partes laudãdi,cui etiam uile miniſterium dum ſtrenue fit laudabile uideẽ Ex illis igitur uallibus quæ ſunt ſub uertice montium,inter montes tamen Confluit huc,i,ad hæc plana loca,ſubauditur ex ſuperioribus robuſta iu-

Phagi uentus, ut curet opera naualia ideſt nauticum expleat munus, Caſtrare, i. emaſculare aut excoleare ſeu ſcindere, i. incidere & amputare phagos arbores glandiferas a φαγειν, i. comedendo dictas. Nō aūt intelligo ut toreumata faciāt aut celaturas ad quas phagus apta, unde eſt, Tibi pocula ponā Phagina, cælatum diuini opus alchimedontis. Cloacæ ſunt criptæ ſubterraneæ per quas ſordes in fluuium demittuntur, Sordibus coactis, i. congregatis & compactis, ut aquę ductus claudantur, In altos puteos eorum purgandi gratia, Popinis, i. culinis, Dare libera fumo ſpiramenta, i, purgare fumaria uulgus caminos uocat, Vētres ad flumina ferre aut ſordes aluorū aut inteſtina pecorum mactatorum ſemper ſub pondere currunt, quod in uallibus ortis non congruit & multo minus quod ſequitur, Cotibus in duris oriuntur, i. inter cautes & ſaxa aſpera, Spelæa, i, ſpelunca ſed græcum eſt, Adde ꝙ in cœlum, Id ſcōmate nō caret aut ruſticana ſimplicitate, quaſi uero animæ ſpacio ferantur in cœlū. Nubila tranſcendunt aliquſ. Athos enim eſt ultra mediam regionem aeris uſq; adeo ut in eo neq; nubes neq; uenti ſint, ſed cineres ex ſacrificijs derelicti reperiant anno peracto indiſpſi Eſſe locum memorant, ſ. paradiſum terreſtrem, quem quidam ſub lunari globo ponunt, Q₂, ſ. omnia poma, Id quoq; ioco paſtorali non caret, Hinc diui ſanctiq; patres, hoc uidetur principaliter intendiſſe ut tandem carmelum laudet, Carthuſia non longe a grationopoli in delphinatu prima domus carthuſianorum uirorum profecto cœleſtium, quibus ut ſolitis tibicinibus chriſtiana fulcitur religio, Carmelus antiquitate omnibus excellens & obſeruatione candidæ religionis cæteris non inferior, Garganus diuo Michaele mons inſignis, Athos mons thraciæ in cōfinibus Macedonię mi ræ altitudinis, in quo eſt potidea religione inſignis, quia cineres in aris derelicti illic diſturbari negantur, Laureta ubi diua uirgo habet ædem excellentiſſimam & miraculis ac donariis clariſſimam, Lauerna dea quæ a furibus colebatur, cui æde erat iuxta lauernalem portam quę in chriſtianum conuerſa eſt uſum, Et Sina mons eſt (ut dicitur Gala. iiij,) in arabia ſepulchro diuæ Catharinæ religioſus, & præceptis Moyſi datis olim iā illuſtris, Apex ſoractis Apollinis obſeruatione olim præclarus, Vir. Summe deum ſancti cuſtos ſoractis Apollo. Nunc quoq; ꝙ illic ſub Conſtantino nondum conuerſo delituit, Siluester romanorum pontifex inſignis, & ualliſ igit umbroſa in q̄ ille delituit, Et iuga nurſini facto ſenis inclyta, a Nurſis oppido in mōtibus poſito. Ænei. vij. Et te montoſæ miſere in prelia nurſę Vfens, inſignem fama & fœlicibus armis. Et camaldula turrita caput ſanctum, i. habens ſanctum caput turritum, i. quaſi turribus inſignitū, abietib⁹ quæ arbores in montibus naſcuntur, Suntq; quas ſappinos uocant, Eſt aūt non longe a Florentia, Cœlicolæ, ut Michael & cæteri angeli in ſina auditi

Cloacæ

Popina

Spelæa

Athos

Garganus
Potidea
Laureta
Lauerna

Sina

Nurſis

Anas
Anſer

Anas auis immunditia aquarum gaudēs & mergus ad ímum tendens, et anſer etiam illuuie aquarum paſtus & ibis ut ciconia cui ſimilis eſt ſerpen

tibus nutrita, Onocrotalus etiam obſcenitatem amans, nam ab onoo ꝙd eſt inquino deduci uidetur. Milui aues rapaces & obſcenis uiuentes, Fulicę aues circa littora turpem uictum quæritantes frequentant. ſ. paludes

Onocrotalus
Milui
Fulicæ

Inter montanæ tantos regionis honores Alphus
Cur de meſſe nihil, nihil eſt de palmite dictum?
Hæc tamen humanæ duo ſuſtentacula uitæ
Maxima, monticulæ ueniunt e rupibus ad nos
Hordea mercatum torui, fuligine tincti
Setoſi, macie affecti, laceri ac ſituoſi
Indigenæ oſtendunt quæ ſit natura locorum
Sed quod montanis de relligionibus inquis
Rettulit in mentem quæ de Polluce feruntur
Quæ dea ſi noſti uiſa eſt, quæ candide nympha
Dic age, nam ceptum certamen inutile nobis
Vtilior ſermo de relligione tenendus
Galbula qui ſolitus pecudes in paſcua tecum Can.
Ducere, te ſatis hoc potuit docuiſſe quod optas
Plura quidem Polluce ſuper narrata, ſed ipſam Alph.
Nec docuit nympham nec me queſiſſe recordor
Nunc ſubiit mentem, cum relligionis oborta eſt
Mentio, & illarum uiſa eſt mihi maxima laudum
Non erat illa dryas, neq; libetris, nec oreas Cau.
Venerat e cœlo ſuperum regina, tonantis
Mater, anhelanti pacem latura iuuentæ
Huic Tethys, huic alma Ceres famulantur, & ipſe
Æolus æquoreis uentos qui frenat in antris
Hanc deus aſtrorum flammas ſuper, atq; uolantes
Solis equos, ſupra fulgentem Caſſiepeam
Extulit, & ſacram biſſeno ſydere frontem

Cinxit, & adiecit subter uestigia lunam

Inter montanæ. Obijcit Alphus nullam esse mẽtionem factam de frugibus quas uberiores in æquore seu planicie nasci contendit, De messe. i, de frugibus, de palmite, i. uitib⁹. Mercatum supinum a mercor, i. emptum, torui, quia immiti fere sunt fronte, usq; adeo ut immites dicant in cotibus orti, unde Maro in bucolicis, Nunc scio quid sit amor, duris in cotibus illum Ismarus aut rhodope aut extremi garamantes. Nec nostri generis puerum nec sanguinis ędunt, Fuligine, i. pingui fumo, Setosi, i. hirsuti, Iuuenalis, Hispida membra quidem & duræ per brachia setæ, promittunt atrocem animum. Situosi. Valla docet sticulosi esse in usu, licenter aũt hic usurpatur situosi, quia per regulam fieret sitosus, Indigenæ, i. inde geniti, hoc est ut hic accipitur incolę. Sed quod tendit ad principale quod est declarare diuã uirginem esse uisam Polluci, hoc est poetę, eiusq; laudes accumulare, & poetę in religione uitam paucis significare, Galbula, de quo in polluce satis dictũ est, uidetur per diminutionem dici a galba, de quo Iuuenalis, nec uilis Galba tulisset, Polluce super. i. de polluce, est em̃ anastrophe, super aũt accipit cum ablatiuo pro de, ut ænei. i, Multa super Priamo rogitans super Hectore multa. Nunc subijt mentem, i. uenit in mentem. Nõ erat illa dryas, i. dea arborum & præcipue quercuum ut diximus, Neq; libetris, i. una musarũ quę libetrum incolunt, nec oreas, i. dea montium, nam oros mons dicitur. Tonantis, i. ueri Iouis cuius est tonare, hoc est Iesu Christi filij dei mater. s. Maria. Iuuentæ anhelanti, i. laboranti in periculo uitæ, pacem, i. tranquillitatem mẽtis. Tethys est magna dea maris uxor Oceani, facitq; tethyos ingtõ & utrãq; producere potest, ut in geor. Teq; sibi generum tethys emat omnibus undis, Ceres dea frugum dicta regina Siciliæ, alma, quia nos suo inuento alit, Et ipse Æolus rex uentorum dictus, q; illorum usum mari fecit abscisa sylua quæ impedimento erat, In antris æquoreis, i. uicinis æquori, Æneidos primo, Æoliam uenit loca fœta furentibus austris &c. Frenat, Ibidem. Illa se iactat in aula Æolus, & clauso uentorum carcere regnet, Deus extulit hanc. s. diuam uirginem super flammas astrorum, unde canitur, O gloriosa domina excelsa super sydera, quia assumpta est Maria ad æthereum thalamum. Atq; uolantes, i. pernices equos solis, quos Ouidius in principio ij. metamor. ponit, ut alibi diximus. Supra fulgentem Cassiepeam, q̃ est in circulo arctico effigies tamen corporis ad æstiuum circulum peruenit, quam capite & dextra manu tangit, quam prope mediam diuidit circulus lacteus non longe a cephei circulo locatam ubi occidit cum scorpione exoritur cum sagittario, Hãc Euripedes & Sophocles & alij multi scripserunt gloriatã olim fuisse, q; nereidas corporis pulchritudine superaret, propter quod in siliqua stro conspicitur sedens, & uertente se mundo resupinato capite ferri uidetur, Bisseno sydere ut in Apocalypsi xij, Mulier amicta sole & luna sub pedibus eius.

Mercor
Setosi
Indigenæ
Galbula
Dryas
Libetris
Oreas
Oros
Tethys
Ceres
Æolus
Cassiepea

Candide mira canis nullis pastoribus unquã Alphus
Cognita, quid tethys? quid fulgens cassiepea?
Æolus æquoreis uentos quis frenat in antris?
Qui sunt solis equi? magna atq; ignota recenses
Sydera sunt partim, partim sunt numina prisca Can.
Omnia quæ Pollux mihi cum narrasset, in ædem
Duxit, & ista sacer paries ait omnia monstrat
Pictus erat paries signis & imagine multa
Omnia non memini, mens est mihi debilis, ista
Vix tenui, dum sæpe animo uoluo atq; reuoluo
Sæpe recordari medicamine fortius omni
Ista potest nigro depellere nubila cœlo
Illa potest siccis fluuios dare frugibus imbres
Cum uolet, ista nouos duris emittere campis
Cum uolet, emissos poterit restringere fontes
Qui modo sunt steriles & nudi gramine campi
Si uolet, in pingues poterit conuertere glebas
Frigida Saturni cum sydera suscipit atro
Scorpius hospitio, non auferet hordea grando
Nec domus ardebit, nam tunc hæc omnia cœlum
Dicitur iratis in terram effundere ab astris
Si uolet hæc nobis custodiet omnia uirgo
Si fauet hæc nobis, complebunt horrea messes.
Adijcietq; gregi semper fœtura gemellos
Si pecus infœlix erit & sine uellere, solo
Ipsa potest nutu dare lac, dare uellera & agnos
Et curare greges, omnemq; auertere morbum
Nil opus est modo pana sequi, neq; cætera ruris
Numina, quæ ueteres frustra coluisse feruntur.

Vidi etiam circum aram nymphæ pendere capellas
Plaustra, boues & oues, hic lani uidimus hircum
Et memini inscriptam uersu hoc legisse tabellam
Votum pro saluo Ianus breue reddidit hirco

Candide mira canis. Ne contra decorū maiora q̄ quę pastoribus conueniant cecinisse putetur, castigat poeta dicens a Polluce didicisse, Sydera sūt partim ut cassiepea, Et ista sacer paries. s. q erat in æde sacra. Sępe recordari subaudi est fortius omni medicamine. Fluuios imbres, i. effluentes & abundantes. Nouos fontes emittere, quod usu uenisse uaria loca prædicāt Frigida Saturni. Id enim prognosticon est futurę calamitatis, i. culmorum per grandinem deiectionis, Vnde dicit Maro geor. primo. Hoc metuens cœli menses & sydera serua. Frigida saturni, sese quo stella receptet, Quia ut auctor noster interpretatur, dum in scorpiū uenit grandinē gñat saturni sydus, sed diua uirgine intercedente non aufert hordea grando, nec domus ardebit, i. non comburetur fulmine, Fœtura, i. fœcunda productio fœtus, Maro. Si fœtura gregem suppleuerit aureus esto. Adiiciet. s. ad gregē gemellos, i. geminos fœtus. Si pecus infœlix, i. morbidū & miserabile fuerit, bene aūt conuertit sermonē ad rem pastoralē. Solo nutu solo indicio capitis. Pana deū pastorum, de quo Maro. Pan curat oues ouiūq; magistros.

Pana Nymphæ Capella

Cætera numina ut palem Apollinem faunos syluanos ægipanas satyros cererem bacchum &c. Nymphæ, i. diuę uirginis æterni patris sponsæ, Capellas, i. capras cereas, hircū iani. i. quē Ianus putarat amissū, cū a puero in vepribus alligatus esset, ut prius uidimus. Est autē artificiose hoc dictū, nā sic prius dicta ueram historiam asserit, Erat aūt hircus cereus aut depict⁹, ut patet ex carmine. Moris est autē italorum in tabellis uotiuis depingere casꝰ suos & miraculosas deliberatiões aut rerū recupationes. Vū & Amasius poeta. Nunc dea nunc succurre mihi, te posse mederi Picta docet templis multa tabella tuis

Dumq; ea perlegerem, Pollux hæc carmina supplex
Ante aram genibus positis in marmore dixit
O dea quæ seruas urbes & rura, precamur
Ne padus exundet, ne strix nocturna per umbras
Hauriat infantes, nec eant per compita laruæ
Diua faue agricolis, talpas occide malignam
Aggeribus pestem, gelidis sata læta pruinis
Quando bruma uenit, conspergere diua memento
Ne tineæ erodant anno frumenta sequenti

Aboreæ flatu pingues defende mariscas
A gruis ore fabas, & ab anſere farra paluſtri
A ſerpente boues, a uulpe & fure cohortem
A bruco erucas, a bruma & grandine uites
A ui & fraude lupi pecus, a rubigine fruges
A rabie catulos, a flamma & fulmine uillas
A murum inſidijs petaſonem, a milite pernas
A campe & pigris, pigris heu cætera neſcit
Mens oblita ſequi, numerus me in uerba reduxit
Sæpius in numerum rediens, obliuia forſan
Mente abigam, retrogradior, numerumq; recurro
A murum inſidijs petaſonem a milite pernas
A campe & pigris uirides limacibus hortos
Alphe uiden quæ uis numeri? iam cætera cerno
A tonitru reboante cados, a frigore fœtas
A grauibus uitulos œſtris, a gutture porcos
Anginoſo, operas pubes ne ruſtica perdat
Adſis o dea nec ledant examina fuci
Neu milium furentur aues, neu uellera ſentes
Succida, neu lappas apprendat lana ſequentes
Diua gubernatrix hominum, cuſtodia uatum
Diua laborantum requies, medicina dolentum
Et tutela gregum, noſtris precor annue uotis
Talibus orabat Pollux, ego poſtibus hærens
In baculum pede porrecto recitata notabam
Altius, ac memori condebam ſingula mente

Dumq; ea perlegerē. Oſtendit Pollucē in religione memorem paſtorū atq; orare pro rerū ruſticarum cōſeruatione, unde carmē eius dēcatoriū recenſet. Perlegerē, ſ. oculis, nō ore, nā (ut dixi) picturę ſunt in doctorū libri ea. ſcilicet quæ depicta dixit, In marmore ſuper marmor pauimenticium.

Ne padus exundet, quia sæpe ut Maro dicit fluuiorum rex Eridanus cam
Lamia — posq; per omnis Cum stabulis armenta trahit, Ne strix nocturna. Id ex ru
sticorum superstitione qui putant striges & lamias noctu uolare quæ infã
tes auferant edendos, quod fictũ ad terrorem puerorum, ne noctu uagent
Auctor est Porphirio ad illud Horatĩ in arte poetica. Ne quodcũq; uelit
Striges — poscat sibi fabula credi. Neu pransæ lamiæ uiuum puerum extrahat aluo
Perottus aũt dicit de strigibus sic. Striges non a stringendis infantium cor
poribus, ut quidam falso existimant, sed a stridore nomen habent. Fabulo
sumq; est q; eas tradunt ubera infantium labris immulgere, Aues sunt no
cturnę, Luca. Quod tepidus bubo quod strix nocturna querũtur. Constat
tamen in maledicis iam esse, & etiam apud uetustissimos fuisse, accipiq; p
malefícis mulieribus quę noctu gradientes infantium corpora sanguinem
Laruæ — fugendo exhauriunt, hæc ille. Hauriat igitur. i, exhauriat sanguinem fugẽ
Lemures — do nec laruæ, i. cacodęmones ac lemures, hoc est nequam spiritus qui uaga
rí putantur, & dum innocui sunt larẽs dici Talpam appositorie malignam
pestem aggeribus, i. cumulis terræ. Ne tineæ. i. niuales aut alĩ uermiculi ut
limaces bruci tineæ blattæ. Mariscas, i. ficus. Ansere palustri, i. indomito in
Mariſca — paludibus uersari solito, A serpente boues, quia in aluũ immitti solent. Co
hortem, i. gregem, A bruco, i. uermiculo caules & erucas quæ salaces sunt
Brucus — herbæ depascere solito, A bruma. i. brumali frigore, a rubigine infecta plu
Bruma — uia quæ rubiginem inducit. Catulos, i. catellos uillas, i. domos in agro. Pe
tasonem, i. anteriora crura suum, a milite, i. stipẽdiario, Franci architenentẽ
Petaſo — francum appellant, A campe id est uermiculo illo hortenses maxime her
Campe — baset arborum frondes erodere solito. Vnde Columella, Nec solum tene
ras audent erodere frondes, Implicitus conchæ limax hirsutaq; campe,
Fingit autem rusticum oblitum carminis ut decorum seruet. Quę uis id est
uirtus numeri id est rythmi & metri, quia metra iuuant animos id est me
Cados — moriam. Vnde ille. Numeros memini si uerba tenerem, A tonitru reboan
Fœtas — te cados id est uasa uinaria in quibus per uehemens tonitru uina obuerti so
œſtrum — lẽt, & in uappam mutari. Fœtas id est grauidas oues, œstris q̃s latini asilos
uocant, Maro georgicorũ tertio. Cui nomen asilo Romanum est œstrum
Angina — graĩ uertere uocantes, Vitulos ardente sole nimium excruciãt, & in fugã
Operas — quasi furentes uertunt, A gutture anginoso, Is enim suibus peculiaris est
Fuci — morbus, Operas. i. labores diurnos, Fuci uespæ sũt inutiles apes aut muscę
non mellificantes, sed mella furantes, unde dicit Maro de apibus. Ignauũ
fucos pecus a præsepibus arcent, Examina autem sunt apum seu apiũ fœ
Examen — turę. Iuuenalis. Examenq; apium longa confederat uua, Milium legumen
Milium — ut quidam uolunt a mille dictum q; millesimum reddat, tamen primã cor
ripit, ut Georgicorum primo. Et milio uenit annua cura, uellera succida id
Sentes — est cum lana nõdum lota, Sentes id est spinæ & uepres hirsuti. Lappas id est
Lappas — nodulos hirsutos in lappa herba crescẽtes, Memori mẽte ut uerosi'le faciat

Candide Polluci pro sollicitudine tanta Alphus
Pro precis officio, pro relligione putasne
Dandum aliquid nobis? pietate peculia crescunt
Quid ni aliquid dandũ est, opus est psoluere crates Cã.
Rusticus es, crates etem̃ pro gratibus inquis Alphus.
Crates & grates paruo discrimine distant Can.
Dandum aliquid, neu bis detur, sine pascha reuerti
Quando sacerdotes commissa piacula soluunt
Quid dabimus? uituli grauis est iactura, uel agnum Al.
Vel leporem, pietas etiam laudabilis anser
Dona docet tempus lepores brumalia dona Can.
Quando niue hyberna currendi erepta facultas
Anser ad autumni finem, nonasq; Kalendas
Pertinet, æstatis coryli, noua poma, racemi
Munera, lactentes hedi sunt ueris & agni
Tunc si de cordis aliquem conspexeris ægrum
Ac tenuem, qui nec uendi nec uiuere possit
(Munus erit solenne satis) donabimus agnum
Ipse mihi cum iam regredi post prandia uellem
Carmina de nymphæ solennibus eruta fastis
Tradidit, & dixit si quando grauabere curis
Hæc cane, pro mentis medicamine carmen habeto

Candide Polluci, Ostendit poeta hoc figmento pastorũ animũ ad gratitu
dinem ut ad eam inuiteret, nõ immemor professionis suę pietate. i, eleemosy
nis pie exhibitis peculia, i. possessiones, Opus est persoluere crates, ut risum Peculia
excitet, facit rusticum crates pro grates dicere, Dãdum aliquid sed ne bis
detur sine, i. permitte pascha reuerti piacula, i, peccata expiatiõe digna, sol
uuntur, i. absoluunt, iactura, i. amissio etiam anser est pietas, i. eleemosyna lau Piacula
dabilis, Dona docet tempus, i. pro tempore danda sunt dona, quia habent
& opsonia sua tempora, unde lepores etiam debent dari in media hyeme
quãdo nix alta impedit aufugere, Anser ad autumnũ & kal. Nouembris
pertinet, Coryli, i. auellanæ & noua poma & racemi sunt munera æstatis Coryli

Hædi & agni lactentes, i. adhuc lac sugentes sunt munera ueris. i. uerni temporis, De cordis, i. fœno autumnali, Qui nec uendi &c. morem rusticorũ satyrice describit, qui donant quod retinere non possunt, Carmina, s. sequẽtia de nymphæ solennibus eruta fastis ideſt fastorum libris.

Fasti

Quando Molorchæo titan descendit ab astro
Pronus, & astreæ iam limina uirginis intrat
Virgine lætetur pubes & cana senectus
Transijt ad superos, & olympica regna petiuit
Ogdoas ut toto iam tertia fluxerit orbe
Festa dies iterum, natalia uirginis aras
Ignibus illustrant, offert noua liba sacerdos
Libra redit noctes properans æquare diebus
Exultat picenus ager, uehit adria puppes
Illyricas & chaonias. cum mercibus adsunt
Thusci, umbri, ueneti, siculi, lauretica templa
Cum donis turmatim adeunt, uotisq; solutis
In sublime iugum læti ad commertia tendunt
Et cum thessalicas cursu breuiore sagittas
Sol subit, & frigent urentibus arua pruinis
Clausa gynæcei sacris penetralibus hausit
Corde deum toto, proprios oblita parentes
Et cum semiferi fugiens chironis ab arcu
Languet ad hyberni glacialia limina capri
Induat ornatas & mas & fœmina uestes
Læticiaq; diem celebrent, quo semine sacro
Coniugis annosus grauidam pater imbuit aluum
Illa dies etenim sanctæ primordia nymphæ
Fecit, & in nostras uetuit descendere sordes

Quando molorchæo, Docet quibus temporibus agantur solennia festa diuę uirginis, ut festũ assumptionis in medio Augusti, quando sol deserlinquit leonẽ & ingreditur uirginẽ, unde idem in parthenice mariana, Terga fere titan memeæ extrema tenebat. Fulgentem cratera inter claramq;

coronam, Sequitur aũt in hac re opinionem Nigidĳ qui hunc leonẽ tradit a luna iussu lunonis in terra arcadica & regione nemeæ educatũ, & deiñ in exitium Herculis dimissum, quem Herculesiussu Euristhei claua quam a Molorcho hospite acceperat interfecit, Itaq; postea claua pro gladio, pel Molorch⁹
le proscuto usum Herculem fuisse, Leonem uero a lunone inter sydera relatum, qui ad occasum spectant supra caput hydræ constitutus est, Quando igitur titan, i. sol descendit pronus ab astro molorchæo, i. a leone claua Molorchi interempto (est aũt longe petitum epithetum) et intrat iam limina uirginis astreæ, i, iusticię uirginis quę astrea dicta cœlum petijt, sed ut dicit Ouidi. Vltima cœlestum terras astrea reliquit, tũc. s, pubes, i. iuuenes pu Astrea
bescentes & senect⁹ cana, i. senes canescentes lætetur uirgine. s. Maria, quia s. tunc transijt ad superos & petiuit regna olympica, i. cœlestia. Ogdoas describit festũ natiuitatis diuę uirginis dicens, ut. i, postq; tertia ogdoas, i. octaua aut tertius octonarius numerus (Est em ογδοας, ογδοος, ogdoas ogdoados numerus octonarius quo ter replicato post assumptionem habetur na Ogdoas
talis uirginis) fluxerit iam toto orbe, itecum. s. est festa dies, quia natalia uirginis illustrant aras uirginis ignibus. s. luminibus, Sacerdos offert noua liba, i. libamina, Libra, s. signum redit properans, i. festinans æquare noctes diebus, quia paulo post est æquinoctium autumnale. Maro, Libra die noctisq; pares ubi fecerit horas, Ager picenus exultat, s. festo solenni, adria, i. mare adrianum uehit puppes illyricas & chaonias ideſt epiroticas ideſt uehẽtes illyricos et chaones seu epirotas lauretum uisentes, Thusci adsunt cum mercibus ideſt rebus uenalibus & umbri &c. In iugum sublime ubi ædes est diuæ uirginis. Et cum thessalicas, describit festum præsentationis eiusdem virginis, quod celebratur cum sol subit cursu breuiori, quia tunc bruma est. Sagittas thessalicas, i. sagittarium signum quod Chiron thessalicus constituere dicitur, quia tunc clausa sacris penetralibus. s. templi gynęcei. i, secreti uirginũ. Est enim γυναικειον. i. gynæceum loc⁹ ubi mulieres uer Gynæceũ
santur, Vbi clausa hausit deum toto corde oblita proprios parentes, quia soli contemplationi diuinæ uacabat, nil terrenum sapiens, Hoc aũt festum celebratur xi. kal'. decembres. Et cum semiferi &c. Describit festum conceptionis eiusdem diuę uirginis, sequens ordinem kalendarĳ non rei gestę, quia prius concepta q̃ prę sentata fuit. Et cum sol fugiens ab arcu Chironis. s. sagittarĳ semiferi, i, centauri. Centauri enim sunt populi thessaliæ, qui primi equos illic ascenderũt, unde procul uisi crediti sũt umbilico ten⁹ equi, Centauri
unde fabula orta ut inferne equi superne homines dicantur. Languet, quia parum habet caloris ad limina glacialia, i. ad ingressum frigidum capri, i. capricorni hyberni, i. hyemalis signi, tunc. s. & mas & fœmina induat ornatas uestes, immo ornãtes et celebrent lęticia, s. cũ lætẽtur diẽ quo pater. s. Ioachim (ut potior est sentẽtia) annosus, i. uetulus imbuit semine sacro. i, p̃uẽto ab originali macula, aluum coniugis. s. Annæ grauidã. Etenim illa dies fecit primordia, i. cõceptum sanctæ nymphæ, i. sponsę altissimi patris, & no

luit descēdere in nostras sordes. s. originalis peccati. in quod omnes præter hanc de semine nati descenderunt.

Cum uolat imbrifera lampas phœbæa sub urna
Ad uernos reditura dies, iam proxima ueri
Ite nurus omnes, sacros altaribus ignes
Thura focis, faculas manibus date, ducite pompam
Attulit in templum noua dona puerpera uirgo
Quando gregis princeps aurato uellere fulgens
Incipiet zephyris aperire tepentibus annum
Et dare maiores luci cꝫ noctibus horas
Aliger occultam redeat paranymphus in ædem
Et noua miranti referat mandata puellæ
Festa dies thuscis populos de collibus omnes
Cogit, & arnicolas uocat ad florentia templa
Tum quocꝫ sed tenui uirgo prius interuallo
Nupsit, & hæc teneris lux est celebranda puellis
Quando sub extrema cancri testudiue phœbus
Voluitur, & reuehit uicina canicula morbos
Thure piam celebrate diem, redit hospita mater
In proprios a matre lares altaria circum
Primitias cereris geminæ suspendite matri
Ista dedit Pollux, uigilans quæ in montibus olim
Fecerat ad pecudum caulas, dum nocte serena
Militiam cœli sparsosqꝫ examinat ignes
His quocꝫ plura dedit, sed carmina plura referri
Non sinit extremum deponens uespera solem

Cū uolat. Docet quando celebrandū est festū purificationis aut uerius prę sentationis & apparitionis christi, quo præsentatus est a diua uirgine in tē plo, Ordo est cū lampas phœbęa, i. sol uolat sub urna imbrifera, i. sub aquario adhuc existens, reditura ad dies uernos qui incipiunt in martio, existēs iam proxima ueri. O nurus. i, nuptæ omnes ite date sacris altaribus ignes

Date focis tura date manibus uestris faculas, ducite pompam, i. lætas supplicationes seu processiones, quia uirgo puerpera, i. quę uirgo permanens puerum pepererat, attulit in templū noua dona, quia puerū qui datus est nobis, hoc est deum incarnatū & de uirgine natum, quę duo maxime sunt noua nec prius uisa, nec deinceps uidenda. Quando gregis princeps. Describit festum annūciationis et incarnationis dominicæ quod in Martio celebratur sole existente in principe gregis, i. ariete, Paranymphus, i. pronubus Gabriel archangelus aliger, quia alati pinguntur angeli, Miranti quia turbata est in sermone eius, Lucæ primo, Noua mandata, quia Ecce concipies in utero & paries filium, Arnicolas, i. Arnum amnem colētes, cuius accolas quidā fluentinos uolunt appellandos, Vnde non semel pro florentia fluentia, & pro florentinis fluentini leguntur. Id aūt festum florentini pręcipue celebrant. Non est autē legendum aruicolæ quasi arua colentes quia illi ubicꝫ sunt, Arnicolę in thuscia tm̄, Tum quocꝫ, Tangit festum nuptiarū ga prius nupserat, nam cū esset despōsata missus est angelus &c. tenui, i. modico interuallo, i. spacio tpis. Est aūt spondaicus uersus, & hæc lux. s. nuptiarū puellis teneris nubere sperātibus. Qñ sub extrema cancri. Diserte docet festum q̄d uisitationis nomine celebratur sexto nonas Iulias, potius dicendum reuersionis, quia statim ut concepit abijt cū festinatione in montana, & mansit illic menses tres usqꝫ post natiuitatē diui Ioannis præcursoris dñi Quādo igitur phœbus, i. sol uoluitur sub extrema testudine cancri, i. in extremā parte quę testudinata uideť, & canicula, s. cœlestis uicina, i. mox oritura reuehit morbos, celebrate diē piam, i. pijs officijs ture, quia mater, i. pregnans uirgo quæ etiā ab Elizabeth mater uocata est, quia Vnde mihi hoc ut mater domini mei &c. quod de ea potius cꝫ de alia pregnāte dicitur, ga per eum quē gestabat certa erat etiā partu futura mater. Hospita. s. Maria redit a matre. s. Ioannis in proprios lares, i. suas ædes, suspendite ergo circū altaria geminæ matri, s. Mariæ & Elizabeth, quia a quibusdā uocať festū Elizabeth, Primitias cereris, i. nouas fruges, quæ tunc maturæ sunt, Ista dedit Pollux dum examinat ignes, i. dum uirtutem scrutatur astrorum, Vespera, i. uesperus aut uesper & uesperus & uesperugo stella illa uespertina q̄ mane lucifer dicitur. Paranymphus Aliger Arnicolæ Vesperus Vespugo

AEGLOGA IX. QVAE DICITVR FALCO
de moribus curiæ Romanæ. Collocutores Faustulus & Candidus Post religionis ingressum

Candide quo casu patrijs procul actus ab oris — Fau.
Hæc in rura uenis? hic pascua nulla, nec amnes
Nec liquidi fontes, nec ouilia rura, nec umbræ

Et tamen assiduos gregis hęc pascuntur in usus
Faustule me noster corydon(qui plurima quondã Cã.
His armenta locis habuit,magnamq; peculi
Congeriem fecit)pecori me credere adegit
Esse salutares istis in montibus herbas
At postq; segnes agros & inertia saxa
Vidimus,& siccis arentem fontibus undam
Pœnituit longæq; uiæ patrięq; relictę
Postq̃ te incolumem saltus intrare latinos Fau.
Contigit,antiqui potes hæc mea tecta subire
Iure sodalitij,sunt hic mihi pauperis agri
Iugera pauca,meæ uix sufficientia uitę
Quicquid id est,commune puta tibi forsitan ulla
Prospera sors aderit,fortuna simillima uento est
Cariceæ succede casæ,dum pręterit æstus
Dum grex in gelida procumbens ruminat umbra
Pone pedum,discumbe parum,recreabere potu
Potu opus est,potu iste grauis compescitur æstus
Pocula prende,fluet melius post pocula sermo
Pocula quis tanta demens æstate recusetꝰ Can.
Vina sitim minuunt,animiq; dolorib⁹ obstant Fau.
Vina ut amicitias,uires ita corporis augent
Hæc parit ora bonos(si patria uina)racemos Can.
Funde iterum,potare semel,gustare,secundus Fau.
Colluit os potus,calefacta refrigerat ora
Tertius,arma siti bellumq; indicere quartus
Aggreditur,quintus pugnat,uictoria sexti est
Septimus(œnopholi senis hęc doctrina)triumphat

Cãdide. Inscribit hęc q̃ cõposita est in gratiã Falconis Sinibaldi patricij ro

mani protonotarij apostolicicq; fisci custodis,de q̃ in epigrãmatis mẽtio fre
quẽs. Estq; de moribus curiæ romanę. Inducit aũt Candidus p̃suasus a Co
rydone cũ pecore Romã proficisci relictis patrijs pascuis,cuius incepti eũ
sero pœnitet. Occasione cuius multa dicunt in detestationẽ auaritiæ roma
næ curię. Hæc in rura.i,romana(p̃teribo em̃ q̃ nota sunt)iure antiqui soda
litij,i.sodalitatis & hospitalitatis. Fortuna simillima uento est.i.maxime in
certa & incõstans,Caricęq; casæ.i.tectę carice q̃ est herba acuta,Maro,Et ca
rice pastus acuta. Pone.i,repone aut depone ut quiescas,pedũ,i.uirgã pasto Carix
ralẽ qua pedes ouiũ capiunt & dirigũt. Inuitat aũt ad potandũ nec abnuit Pedum
Cãdidus,ut si qua petulãtius in curiã romanã dicta sint,a potis dicta cense
ant. Animiq; doloribꝰ obstãt,vñ Bacchus lyeus q̃ curas soluat, & liber q̃ Bacchus
ab eis liberet dictus est,Vina ut amicitias,quia cõpotando trahit magna fa
miliaritas,Comicus quia cõpotrix eius est. Salomon & Cice. cõparãt uina
& amicitias in hoc q̃ utraq; q̃ ueteriora eo meliora putent. Hęc ora.i.regio
parit bonos racemos,si hęc uina sunt patria,i.in hac patria nata,vñ Fausti
lus Potui magis q̃ uerbis intẽtus ingt funde iterũ,quia potare semel est gu
stare,i.pitisare dũtaxat. Secũdus potus,i.hausti colluit,i.irrigat penitꝰ os
Tertius refrigerat ora calefacta,Quartꝰ aggredit indicere siti adhuc p̃do
minanti bellũ. Quintus pugnat,Victoria est sexti,s.hausti. Septimus triũ
phat.s.de siti,Hęc doctrina est senis œnophili.i.amatoris uini ut prꝰ docuiꝰ

Res est consilijs secura fidelibus uti Can.
Vtile doctrinis præbere senilibus aures
Victa sitis,mens ægra manet,curæq; supersunt
Vt sedata sitis,sic mens sedabitur ægra Fau.
Funde merum,bibe,cardiaco medicina dolori hęc
Vtitur ad curas isto medicamine Roma
Omne opus atq; labor,uult interualla,quiescat Can.
Obba parum contra muscas impone tabellam
Non madet imbre dies,nec habet nox humida rorem
Crescere nec duris possunt in cotibus herbæ
Importuna fames,labor improbus,aeris ardor
Confecere gregem macie,uix debile corpus
Spiritus æger agit,uacua cute porrigit ossa
Clunis,& exilis caua contrahit ilia uenter
Hic aries qui fronte lupos cornuq; petebat

Nunc oue debilior, pauidoq; fugacior agno est
Hæc mihi, sed nimium me ardentia uota ferebant
Omnia diuino prædixerat omine cornix
Vix egressus eram limen, cum tristia portans
Auguria a dextra uenit, tegetisq; sinistrę
Culmine consedit, pressoq; minaciter ore
Vociferans, iter auspicio prohibebat aperto
Heu pecus infœlix, quod lacte & prole solebas
Affluere, in nostris licuit dum pascere campis
Gramina dum queris, succi plus perdis eundo
Qz̃ referas pastu, simul hic tabescimus ambo
Tu tenui uictu, curis ego uictus amaris

Res est consilijs. Graphice docet quid curæ ualeant, quia uicta sitis. s. est, sed mens ægra manet curęq; supersunt. Ad quod Faustulus. Vt sitis sedata est, sic mens sedabit ægra. Cardiaco medicina dolori hæc. Hęc medicina scilicet frequens potus est medicina dolori cardiaco, id est cordis quem qui patiuntur nimium sitiunt. Vnde Iuuenalis. Cardiaco nunq̃ cyathum missurus amico, Dicitur aũt ἀπὸ τῆς καρδίας a cardia quę græce dicitur cor, Quiescat obba, i. lagena lato fundo, unde a Persio dicit, Sessilis obba, Impone tabellam contra muscas. Importuna fames, quæ importuna est deuia fessis, labor improbus, i. assiduus & ita improbãdus, Maro. Labor oĩa uincit Improbus, & ardor aeris confecere gregem macie. i, emacerauerũt. sed plus est conficí macie q̃ emacerari, quia quod conficitur deficit. Vẽter exilis, quia uacuus. Diuino omine, i, a dijs portento aut diuinandi uim habente, Maro. Sæpe malum hoc nobis si mens non leua fuisset, De cœlo tactas memini prędicere quercus. Sępe sinistra caua prędixit ab ilice cornix, A dextra uenit. Cicero tñ li. i. de diui. scribit coruũ a dextra, a sinistra cornicem facere ratum. Vnde hic potius uidetur dicendũ a leua, uerũ addit, tegetisq; sinistrę. Culmine consedit ubi. s. uisa est. Et quia sola infausti est augurij, ut Plinius docet, Teges dicitur tuguriũ, Vociferãs est eñ infœlicis garrulitatis auis, Auspicio aperto. i, manifesto. Prohibebat iter, i. profectionẽ In nostris, s. mantuanis quã referas pastu, i. e pascendo, est eñ nomẽ. Simul hic tabescimus ambo, tu. s. infœlix pecus tabescis, s. tenui uictu, i, penuria uictus & inedia ego. s, tabesco uictus curis amaris

Cardiaco

Obba

Teges

O nostræ regionis opes, o florida prata
O campi uirides, o pascua lęta, feraxq;

Et nunq; sine fruge solum, currentia passim
Flumina per uillas, riui per rura, per hortos
Hinc pecus, hinc agri pingues, sub sydere cancri
Cum tritura sonat passim, cum Iulius ardet
Arua uirent, textę lento de uimine sæpes
Poma ferunt, redolent ipsis in uepribus herbæ
O nemorum dulces umbræ mollesq; susurri
Quos tecum memini gelidis carpsisse sub umbris
Turturis ad gemitus, ad hirundinis ac philomelæ
Carmina, cum primis resonant arbusta cicadis
Aura strepens folijs nemorum ueniebat ab euro
Et baccata super tendebat brachia cornus
Ipse solo recubans pecudes gestire uidebam
Atq; alacres teneris luctari cornibus agnos
Post somnos per gramen humi nunc ore supino
Aut flatu implebam calamos, aut uoce canebam
Pectore nunc prono rutilantia fraga legebam
Viuere tum fœlix poteras, diciq; beatus
Sed bona, q̃ nondum fueras expertus acerbam
Vilis erat tibi, teq; ideo fortuna reliquit
Quando iterum ueniet (ueniet si forsitan unquam)
Sicut capreolis sursum nitentibus hærent
Stipitibus uites, stringuntq; tenaciter ulmos
Sic illam tu prende manu, neu desere prensam
It, redit, effigiem mutat nec imagine constat
Par lamijs, quas nocte ferunt errare per umbras
Mobilis ut facies, ita mens deludere gaudens
Quod dederat tollit, pensi nihil, omnia casu
Qui nimium metuunt sapiuntue, repellit & odit

Fau.

O noſtræ, Continue ſunt uerba Candidi nã Fauſtulus ſe latinum ſignificauit atq; in ſua patria eſſe, Omia aũ t uſq; adeo facilia ſunt, ut uel nimia expoſitio uideatur inanis, nihil tamen eſt abiectius dictũ q̃ huic ſtilo cõgruat, Arua uirent, Vt quantũ longis carpent armenta diebus. Exiguis tm̃ gelida ros nocte reponat, Sepes poma ferunt. Mirã narrat fertilitatẽ, ſed non rarã italiæ, ubi in unis hortis poma uitẽ fruges & legumina non ſemel uno anno colligas. Redolent ipſis in uepribus herbę. Id quoq; uerum quia roſę naſcuntur. Molleſq; ſuſurri, ſ. fontium & apium, Maro. Sæpe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro, Eſt aũt ſuſurrus raucũ & leue murmur, Gelidis ſub umbris, Idem. Hic inter flumina nota, Et fontes ſacros frigus captabis opacum, Turturis ad gemitus, quia eius cãtus eſt gemitus, Idem. Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab ulmo, Ad hirũdinis ac philomelæ carmina. Hę em̃ auicũlæ dulciter canũt, Maro. Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras q̃d de philomela intelligi poſſe docet Seruius, Cum primis, Idem. Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis, Ab euro. i. oriente, Cornus baccata aut brachia baccata, i. baccis ornata, hoc eſt cornis. Idem, Victũ infœlicẽ baccas lapidoſaq; corna, Dant rami, Et in eodẽ iij. ęnei. Baccatãq; iugis naxon. Solo recubans, Idem, Recubans ſub tegmine phagi, Geſtire. i, geſtu alacritatem prodere, Aut uoce, Idem. Nec calamis ſolũ ęquiparas, ſed uoce magiſtrum. Rutilantia, quia matura fraga legebam, Idem. Qui legitis flores & humi naſcentia fraga. Viuere tum fœlix poteras dicíq; beatus, Sed bona fortuna erat tibi tũ uilis q̃ nondum fueras expertus acerbam, Id uero uerius eſt unde dici ſolet. Dulcia non meruit qui non guſtauit amara, & ſic Dulcia nõ ſapiũt cui nõ guſtantur amara, Et ideo quia deſpecta tibi fuit fortuna reliquit te. Id quoq; moraliter quo ſuadet p̃ſenti uti fortuna, quia multis dilatio nocuit, unde Luca. Tolle moras nocuit ſemper differre paratis, Quando fortuna ueniet Iterũ (ſi ueniet fortuna unq̃) bona parentheſis, q̃ incertitudinẽ fortunę ſignificat. Sicut uites hærent ſtipitibus, i. palis, hoc eſt ad palos capreolis, i. chordulis quibuſdã ad hoc natis nitentibus, i. tendentibus ſurſum, ſic prende manu illam, ſ. fortunã, Neu. i, neue deſere prenſam, i. ſemel comprenſam, Fortuna it & redit & mutat effigiẽ, nec conſtat imagine. i, nec ſeruat ſemper eandem imaginem, par. i, ſimilis lamĩs, i. mulieribus quę ſe tranſſigurare dicũtur, Penſi. i, excogitati & deliberati, nihil, ſ. habens, omnia caſu, ſ. faciens repellit et odit qui nimiũ metuunt, unde dictum a Marone, Audaces fortuna iuuat, aut ut alĩ legunt audentes. Ve pro uel qui nimiũ ſapiunt, quia ut Philo. docet quanto plus eſt ſapientiæ tanto minus fortunæ, quia ſapientes ſunt prudentes omia proſpicientes priuſq; eueniant, & ita pauca eis a caſu & fortuna obueniunt.

Suſurrus

Baccata

Capreolis

Penſi

Delitias patrij quotiens reminiſcimur agri Can.
Ferre tot erumnas animo non poſſumus æquo
Sed quo mente feror, caſu afflictatus acerbo

Vnde magis crucier, fœlicia tempora uoluo
Maius adeſt, florent uites, humileſq; geniſtę
Iam ſpicata ſeges, malus iam punica multo
Flore rubet, redolent ſepes albente ſabuco
In patria per rura padi, per paſcua minti
Hic uero necdum incipiunt pubeſcere montes
Quod ſi uere ſolum torpet, quid frigora brumæ
Solſtitiumq; feret, gelidis cum terra pruinis
Albicat, & rapido cum cœlum incanduit æſtu?
Sunt tamen hic armenta quibus cutis uuida ceruix
Non ſignata iugis, gemino frõs ardua cornu
Luxurianſq; toris pectus, niſi pabula carpant
Non erit hac tanta humectum pinguedine corpus
Hæc armenta quibus caput a tellure leuatur Fau.
Altius, & cui ſunt longa internodia crurum
Cuncta uorant herbas primum, mox ore ſupino
Arboreas frondes ſummæq; cacumina ſyluæ
Hoc imbelle pecus quod humi naſcentia tantum
Gramina decerpit, uacuis ieiunat in aruis
Quid uerbis opus eſt? cunctis animantibus una eſt Cã.
Conditio, ſemper maiora minoribus obſunt
Agna lupo, mites aquilis ſunt pręda columbæ
Innocuos delphin uenatur in æquore piſces
Vnde fit hoc? certe res prodigioſa uidetur
Hæc loca ſi procul hinc uideas e rupibus altis
Pingue ſolum, & multo ueſtitum gramine dicas
Quo magis appropriás, tanto magis omnia ſordent
Hoc eſt roma uiris, auibus quod noctua, trunco Fau.
Inſidet, & tanquã uolucrum regina ſuperbis

diuites oĩa ingurgitãt

Roma cõparatur noctuæ

Nutibus a longe plebem uocat, inscia fraudis
Turba coit, grandes oculos mirantur & aures
Turpe caput, rostrique minacis acumen aduncum
Dumque super uirgulta agili leuitate feruntur
Nunc huc, nunc illuc, alijs uestigia filum
Illaqueat, retinent alias lita uimina uisco
Prædaque sunt omnes ueribus torrenda salignis

Delitias patrij. Permanet querulus Candidus, ut tandem perueniat ad mores curiæ romanę notandos, Vnde magis crucier, quia summū infœlicitatis genus est fuisse fœlicem. Maius, s, mensis floridus, Iam spicata, i. in spicas formata. Malus punica, i, quę aurea mala fert. Albēte sambuco, s. floribus cū acinos nigerrimos habeat. Per pascua minti, p mintij p apocopen aut synæresim, Pubescere, i. frōdescere, q si uere, i. tēpore uerno de q̄ dictū est, Nunc omnis parturit arbos. Torpet constrictū frigore iacet, Quid frigora brumę. s. ferent, quid solstitium. s. æstiuale feret? Brumę inquā gelidis cum terra pruinis albicat. Solstitium aūt rapido cum cœlum incāduit æstu, Cutis uuida, i. glabra & nicida, Hora. Me pinguem & nitidū bene curata cute uises. Ceruix non signata iugis. i, quę nondū portauerunt iugū, Luxurianscę toris pectus, quod indiciū bonum iudicat Maro. Allegoricos aūt uult diuites omnia ingurgitare, ut docet manifeste Faustulus, vnde addit Candidus, Semper maiora minoribus obsunt. Agna est lupo præda, mites columbæ sunt præda aquilis, Delphin qui balenas & cete alere dicit, quia intrat eorū ora et egredit cum sequentes pisciculi in aluū balenę demittantur, Vnde quidam latronē appellāt, Venatur. i, insidijs capit, quia nihil est pernicius eo, Multa aūt per allegoriam dicuntur, Hoc est roma uiris, i. captatrix, ostentat em̄ se placitam & opulentā, & aduentantes inedia confici sinit, Quod noctua auibus quę admirationi est eis, & ita circumuolātes capiūtur aut uisco aut rete. Lita, i. illita a lino uimina, i. uirgulæ aut perticæ paruæ. Sunt præda torrenda ueribus, alij uerubus legunt, sed & Maro ueribus dixit. Pars in frusta secant, ueribusq; trementia figunt, Salignis autē dest ex salicibus, quia talibus utuntur rustici,

Vuida

Salignis

O bellum hoc poterit dici nihil aptius unquam — Can.
Sed procul en coluber tortos in puluere gressus
Flectit, & exertis sitiens ferit aera linguis
Candide quę moneo memori sub pectore serua — Fau.
Quando inter syluas graderis, defende galero
Lumina, nanque rubi prætendunt spicula longis

Dentibus, & curuus discerpit pallia mucro
Nec depone pedum, multaque armare memento
Cote sinum, nec te subito nouus opprimat hostis
Et perone pedem tegito, spineta colubris
Plena hominum uitæ morsu insidiantur amaro
Et nunc longa dies æstu facit acre uenenum
Mille lupi, totidem uulpes in uallibus idis
Lustra tenent, & quod dirum ac mirabile dictu est
Ipse homines (huius tanta est uiolentia cœli
Sæpe lupi effigiem moresque assumere uidi
Inque suum seuire gregem, multaque madere
Cede sui pecoris, factum uicinia ridet
Nec scelus exhorret, nec talibus obuiat ausis
Sæpe etiam miris apparent monstra figuris
Quæ tellus affecta malis influxibus ædit
Sæpe canes tantam in rabiem uertuntur, ut ipsos
Vincant cede lupos, & qui tutela fuerunt
Hostiles ineunt animos, & ouilia mactant

O bellum hoc. Assentatorū more (ut Persius indicat) laudat dictū Faustuli, quod tñ hic amice fieri potest, uerum ostendit colubrū insidiari cantātibus. Exertis linguis ab ex & sero, Maro. Et linguis micat ore trisulcis, Defende galero. i, largo pileo rustico. Curuus mucro, i. pugio spinarum. Nec depone pedum, i. baculum pastoralē, Multa cote, i. duris lapidibus. Nouus hostis, i. improuisus & inexpectatus serpens. Et perone. i. calceamento rusti co crudo corio crura ambire solito. Spineta. i. loca spinis & uepribus cōsita Maro. Nunc uirides etiam occultant spineta lacertos, Sæpe lupi effigiem Maro in pharmaceutria, His ego sæpe lupū fieri & se condere syluis, Mœrim &c. Id aūt arcadibus dictum est euenire solitum, sed sic intelligo lupos fieri ut socij Vlyssis facti sunt & ursi & leones ac porci, q eorū mores assūp serunt, unde furaces & rapaces significat. Sed ad fabulam quoq; respicit, nā effigiem dicit & mores, Augustinus docet in italia uisum esse quibusdā q in asinos essent uersi, & ita subire onera a cōiugibus imposita more asinorū. Malis influxibus. i. malis influentijs. Acri profecto aceto conspergit roma

Galerus
Pedum
Pero
Spinetum

nos,quasi uero cœlum id faciat,Canes ouilia mactant, Nota allegoria in prælatos qui subditos spoliant.

Fama est ægyptum coluisse animalia quædam
Et pro numinibus multas habuisse ferarum
Ista superstitio minor est q̄ nostra,ferarum
Hic aras habet omne genus,contraria certe
Naturæ res atq; deo,qui dicitur olim
Pręposuisse hominem cunctis animantibus unum
Sæpe etiam morbosa æstas,& pestifer annus
Ingruit,& passim languens pecus omne per arua
Sternitur,extinctæ dum balat ad ubera matris
Agnus obit,moritur duro sub pondere taurus
Nec modus est morbo,non est medicina ueneno
Sed uicina domus uicino a limine mortem
Haurit ,& assidue sumunt contagia uires
Ista feras raro pestis rapit,utile semper
Fert pecus,extinctas caulas epulantur atroci
Dente lupi,nostraq; ferę iactura opulescunt
Heu heu q̄ pręceps miserum me insania traxit Can.
Credere fallaci grauis est dementia famæ
Romuleos colles tyberim,romanaq; tecta
Audieram,& studio mens est accensa uidendi
Ducendiq; bonis in tot præstantibus æuum
Accessi cum parte gregis,tentoria demens
Totum pene larem cum pastoralibus armis
Trans iuga summa tuli,mulctraria,cymbia,ahena
Et cacabos,& quo formatur caseus orbem
Phagineum,impensam atq; operas amisimus omnes

Fama est ægyptum.Docet omne genus ferarū habere aras suas romę.i,oē genus uitiosorum esse in honore & precio, Quod Iuuena.saty.i. graphice

docet asserens non nisi flagicios os exilio & carcere dignos sublimari, & ideo inquit,Aude aliquid breuibus gyaris aut carcere dignū,Si uis esse aliquid,Fama est ægyptū,idem docet idē Iuuena.sa.xiiij. Quis nescit uolusi bithynice qualia demens,ægyptus portēta colat,crocodilon adorat.Pars hæc illa pauet saturā serpētibus ibin &c.Multas ferarū,i.multas feras. Ista .s.ægyptiorū superstitio.Superstitiosorum & delirantiū religio minor est q̄ nostra,i.romana,quia ferarū hic aras habet oē genus. Pręposuisse ut in paradiso,Genesis,i.Domina mini piscibus maris & uolatilibus cœli,& uniuersis animantibus q̄ mouent super terrā.Sæpe etiā morbosa æstas, Hoc quoq; uerū.Pecus omne,id quia pastor dicit,sed & hoies plurimi pestilentia absumi illic quotannis solēt, Dum balat,id propriū est ouis ut boare bouis & mugire tauri.Moritur duro sub pondere taurus. Hęc omnia nimis graphice habentur Geor.iij.Ecce aūt duro fumans sub uomere taurus Cōcidit &c.Nec modus,i.finis est morbo,Nō est medicina ueneno,i.infectiōi. uenenosę,Ibidem.Quæsitęq; nocent artes cessere magistri Phillyrides chiron amythaoniusq; melampus.Ista feras raro pestis rapit,Id quidē uerum & tñ non ita multiplicant ut pecudes,Opulescunt,i.opulentę & diuites fiūt ut ferę sit nomen,nam si ferę scribitur refert ad lupos.Credere fallaci grauis est dementia famę.Prouerbiale.Sensus aūt est se tractū fama,q̄ erat oēs qui romā accederēt ditare,illuc cū pecore cōmigrasse & cū armis pastoribus quę graphice enumerat. Mulctraria uasa in quę lac trahit & mulget, Cymbia uasa in morē cymbarū in quę transfundit,ahena,i.lebetes ex ære factos,Et cacabos aliud genus uasis quidā caldaria uocant,& quo format caseus orbē,i.uas rotundū quo imprimitur. Vñ a forma formaginē uocat Apuleius,vñ gallicū uocabulū,Hūc ut charū ostendat phagineū,i.ex phago cōmemorat tornatū,Impensam.s.pecuniā atq; operas amisimus oēs, quę erat uox corui aliquando Romæ uenum expositi.

Balare
Boare
Mugire
Mulctrale
Cymbia
Cacabus

Quid faciam? quo me uertam? sperata negantur
Pabula,tot casus,tot ubiq; pericula,cogor
In ueteres remeare casas,& cœpta fateri
Consilijs egressa malis,iterumq; per æstus
Et montana pati longos per saxa labores
Heu pecus infœlix,o leuo sydere pastor
Huc auecte fuit multo præstantius istud
Ignorasse solum,patrioq; in limine tutos
Consumpsisse dies,gelidis senuisse sub antris
Atq; padi circum ripas athesis ue per agros

Aut ubi per uirides campos & pascua nota
Mintius it, uel qua uitreo natat abdua cursu
Consedisse, gregem pauisse salubribus herbis
Te tua credulitas, & me mea fallit in horas Fau.
Vidi ego supremæ qui prosperitatis habebant
Culmina, dum laudata petunt, cecidisse, nec unq̃
Emersisse malis, facit experientia cautos
Hi prius explorant, & non laudata sequuntur
Omnia, laude carent quæ sunt meliora, fuerunt
Non nego quæ famam retinent, ac nomina seruant
Cuncta suis pollent uicibus, luna, adria, troia
Saluia, quas nobis memorabat sæpius umber
Nomine sunt solo, deleuit cætera tempus
Si minor est patriæ forsan modo gloria nostræ
Res tamen est melior, laudatæ gloria romæ
Quanta sit, in toto non est qui nesciat orbe
Fama quidem manet, utilitas antiqua recessit
Illi prisca quibus maduerunt pascua fontes
Nunc humore carent, uenis aqua defuit haustis
Nulla pluit nubes, tyberis non irrigat agros
Tempus aquæ ductus ueteres contriuit, & arcus
Et castella ruunt, procul hinc procul ite capellę
Hic ieiuna fames, & languida regnat egestas

Quid faciam. Desperantis uox, Et cœpta fateri. Concilijs egressa malis
Leuo quod summe dolendũ innuit uirgiliana Iuno, Æneï. i. Me me inceptis desi-
stere uictam, O leuo. i. sinistro & inimico sydere pastor huc auecte, potius
Athesis q̃ aduecte dicit, quia a bonis pascuis ad sterilia migrasse doler. Istud. s. steri
le & sceleratũ. Patrioq; in limine tutos Cõsumpsisse dies, repete fuit multo
tutius. Athesi sue per agros, qui fluit ex tridentinis alpibus, tridentũ alluit
Mintius & ueronam diuidit, Mintius fluuius mantuanus nõ longe a Mantua in pa
Abdua dum fluens sæpe commemoratus. Abdua qui ab Strabone adua dicitur,

fluuius ex uerbano lacu ortus in padum quoq; incidit, Verbanus aũt ut la
rius & benacus ex alpibus ortum habet atq; incrementũ. Consedisse a cõ
sido, i. locum habitationis cepisse, ut ęnei. i. Vultis & his mecum pariter cõ
sidere regnis, Gregem pauisse, repete ut dixi fuit multo salubrius, Te tua
credulitas, docet non facile credendũ. In horas & non in oras legẽdum, sed
secundũ Vallam quia non ponitur nota excrementi potius diceret in horã
Vidi ego a certitudine argumentatur, quia plus ualet oculatus testis unus
q̃ auriti decem, Ordo est. Ego uidi eos qui habebant culmina, i. summitatẽ
supremę, i. summæ prosperitatis, alludit ad rotã fortunæ cecidisse dum pe
tunt laudata, quia sæpe quę bona & læta uidentur uertuntur in peius, Vñ
dici solet, Dij bene uortant. Nec unquã, s. post q̃ semel inciderant emersisse
malis, i. caput extulisse e malis quibus obruti erant. Facit experiẽtia cautos
& ideo senes difficulter inducuntur ad credendũ, quia multã experiẽtiam
fraudis habent, Hi. s. cauti explorant, i. exquirunt & examinant prius & nõ
sequuntur omnia laudata, sed quę compererint bona, quia sępe laude carẽt
quę sunt meliora, s. laudatis. Non nego. i. fateor fuerunt. s. multa quę retinẽt
famam ac seruant nomina cum nihil habeant rei, sed cũcta pollens suis ui
cibus, i. uicissitudinibus, unde Comicus. Rerum uicissitudo est, Luna adria
troia saluia, hæ urbes quas Vmber, s. doctus ille cuius sæpe meminit me-
morabat nobis (hoc semper ne contra decorum plus q̃ ut pastori cõpetat
sapere dicatur) sunt, s. nunc solo nomine quia tempus deleuit cætera, quia
omnia senescunt & labascunt in tempore, unde Tempus edax rerum &c. Luna
Luna ciuitas olim Hetruriæ ad Macram fluuiũ iacebat, de qua Luca. Hoc
propter placuit thuscos de more uetusto Acciri uatẽ, quorũ qui maximus
æuo. Arũs incoluit deserte mœnia lunæ. Interijt em̃ nunc, sed regio adhuc
Lunensis nominatur, Adria quoq; urbs italiæ fuit, quę mari cui uicina no-
men dedit, quod adrianũ seu adriaticũ adhuc dicitur, & interdũ etiã adria Adria
genere masculino mare ipsum quod superum uocant, quia orientẽ uersus
in qua ora Venetię sũt. Troia notior est q̃ ut de ea quicq̃ dicendũ sit. Dele
ta est & saluia ut aliæ multæ, ut Sagũthus in Hispania, Carthago in Africa
Corinthus in peloponneso &c. Si minor est patrię forsan modo gloria no-
stræ. Ergo & Faustulus se mantuanũ indicat, quia ait, Res tamen est melior
Illi prisca &c. Per fontes beneficos in poetas intellígit, ut Mœcenatem Au
gustum Messalam Pollionem & similes, A quæ ductus ueteres manifesta
est allegoria, Hic ieiuna fames & languida regnat egestas. Selecta & apta
epitheta, nam ideo fames quia ieiuna, & ideo languidus quis fere quia ege
nus, egestas enim languorem parit sicut & inedia, ut patet in apologo quẽ
Liuius recitat de membris quę in uentrem coniurauerunt

Hic tamen ut fama est, & nos quoq; uidimus ipsi
Pastor adest, quadam ducens ex alite nomen

Lanigeri pecoris diues ditissimus agri
Carmine qui priscos uates atq; orphea uincat
Orphea qui traxit syluas & saxa canendo
Hic alios omni tantum uirtute latinos
Exuperat, quantum tyberim padus, abdua macram
Lenta salix iuncum, tribulos rosa, populus algam
Credimus hunc illi similem, cui tityrus olim
Bissenos fumare dies altaria fecit
Hic ouium custos ipso uigilantior argo
Daphnide nec solum, sed eo qui dicitur olim
Admeti pauisse greges per thessala rura
Doctior, omne pecus solymi curare magistri
Dignus, & antiquo dignus succedere patri
Qui fuit assyrij pecoris post retia pastor
Iste potest seruare gregem, depellere morbos
Humectare solum, dare pascua, soluere fontes
Conciliare louem, fures arcere, luposq;
Si fauet iste, mane, q; si negat iste fauorem
Candide coge pecus, melioraq; pascua quære

Hic tamen ut fama, Huc rendit principale institutum ut uidelicet Falconem Sinibaldum a largitate laudet aut ad eam inuitet, cui⁹ gratia uidetur tota ægloga cõposita ut fama est, q̃ sępe mendax, vñ Maro, Tam ficti pra uiq; tenax q̃ nuncia ueri. Ideo addit. Et nos quoq; uidimus ipi, Pastor adest Aut quia etiã impatores uocant pastores, ut sermo pastoralis, aut quia datarius & ut dicunt eleemosynarius est, & ita multorũ pastor. Quadã ducens ex alite nomen, dicit em falco q̃d & auis notæ nomen. Lanigeri pecoris diues, Maro in buco. Q̃ diues niuei pecoris q̃ lactis abũdans, Ditissi⁹ agri. Idem æne. i, Huic coniunx sicheus erat ditissimus agri, phœnicũ, Carmine qui priscos uates atq; orphea uincat, More maroniano principẽ ab exercitu separat, ut egregiũ significet, nã Orpheus unus priscorũ est uatũ sicut æne. i, Relliquias danaum atq; immitis Achilli, ubi Achilles nõ excluditur a danais, sed excellere atq; egregi⁹ esse significatur, Orphea pulchra repetitio. Qui traxit syluas, Idem in bucoli. Orpheaq; in medio posuit syl- Orpheus

uasq; sequentes, Et saxa, quod Amphioni ascribit Hora. dicens in arte poetica Syluestres homines sacer interpresq; deorũ, Cedibus & uictu fœdo deterruit Orpheus, Dictus ab hoc lenire tigres rabidosq; leones, Dict⁹ & amphion thebanę conditor urbis. Saxa mouere sono testudinis & prece blanda. Ducere quo uellet &c. Tyberim padus. Est em padus longe maximus fluuiorum Italiæ quinq; ostijs in mare adriaticum prorumpens, vñ geor. i. Fluuiorum rex Eridanus &c. Abdua fluuius latus de quo iam dixi. Macrã fluuiũ exiguum, cuius meminit Lucil. dicẽs. Nulla sq; uado qui macra mo ratus Alnos, Macri aũt campi sunt in medio bononię & rauennę & aliarũ ciuitatũ per quas itur Romã. Lenta salix iuncũ. s, exuperat. Populus arbor frequens ad padũ, Algam herbam quã proĳcit aqua quę ad populũ sæpe iacitur, Maro. Proiecta uilior alga, Credimus hunc illi, s. Augusto cæsari cui Tityrus, i. Maro. Bissenos, ut in prima ęgloga. Hic illũ uidi iuuenem meliboee quotannis, Bissenos cui nostra dies altaria fumant. Ipso uigilantior argo, cui tamen centũ erant oculi, quorũ bini dum taxat somnũ acceperũt Verũ falco quoq; peruigil est auis. Vñ in epigrãmatis alludit de eo ad sũmũ pontificẽ. Ducere sopitis pastor potes ocia curis. Falco tuas argi more gubernat oues. Daphnide sequitur doctior, quẽ tñ Theocrit⁹ & Maro doctissimũ & diuinandi peritũ inducunt, Nec solum. s. daphnide doctior, sed eo. s, Apolline nomio qui ob interfectos cyclopas nouẽ annis spoliat⁹ diuinitate pauit armenta Admeti regis Thessalię iuxta amphrisũ ut alibi dixi mus, per rura ergo thessala per amphrisũ, Omne pecus, i. totã ecclesiã catholicam magistri solymi, i. hierosolymitani uidelicet Petri & dignus succedere patri. s. Petro papæ qui pater dicit, qui, s. pater fuit pastor pecoris assyrij, i. iudaici & totius ecclesiæ quę prima fuit in Assyria, Post retia. i. relictis retibus factus est piscator hominũ. Conciliare louẽ aut deũ aut summũ põtificem. Si fauet iste mane, Omnem ergo spem in falcone collocandam cẽset, quod ut significet hoc argumentum excogitauit.

Padus
Abdua
Macra
Alga
Argo

AEGLOGA X. QVAE DICITVR BEMBVS de fratrũ obseruantiũ & non obseruantiũ controuersia. Collocutores Candidus. Bembus. Batrachus et Myrmix. Post religionis ingressum,

Maxima pastores agitat discordia Bembe Can.
Qui solymos colles galilæaq; rura colebant
Batrachus hinc, Myrmix illinc certare parati
Iudice te paucis, si non audire recusas

Et niſi te reuocant maiora negocia, dicent
Tu pater es uatum, tu ſcis componere lites
Iurgiaq; & blandis conuitia tollere uerbis
Te quoq; pierios fama eſt potaſſe liquores
Et uidiſſe deas, quibus eſt cuſtodia ſacri
Fontis, & eurotæ campos ac Phocidis arua
Ipſe ubi fronde ſua tibi tempora cinxit Apollo
Dona dedit cytharam, neruos & eburnea plectra
Dicite qñquidem tepidos admouit ad ignes Bem.
Nos hyberna dies, dum non ſinit ire per agros
Bruma gregem, flatu boreas dum ſeuit acuto
Dum riget omne ſolum, tectis dum plurima pendet
Stiria, dum torpent ſub aquis glacialibus amnes
Ocia damnantur, quæ nulla negocia tractant

Maxima paſtores. Hac ultima ægloga quã ut ſuperiorem in religione cõpoſuit agitur carmelitarũ fratrum obſeruantiũ quorũ partes Batrach⁹ agit & non obſeruantiũ quos myrmix defendit controuerſia, ſictis nõ abre contendentium uocabulis. Nam Batrochos rana dicit̃, cui fere ſimilem habent carmelitæ de obſeruatione interiorẽ tunicam, quia piceã aut ut dicunt griſeam. Myrmix aũt formica quæ nigra eſt ut non obſeruantiũ tunica, Maro. It nigrum campis agmen. Prẽterea ut in fabulis eſt ranę elegerũt regem, ut obſeruantes ſub uno cõmuniter uiuũt patre. Formicę aũt in una quidem domo multos habent magiſtratus, ut nõ obſeruantes diuerſas habent culinas. Litem proponit Candidus per quem fere auctorẽ intelligo, Paſtores. i, carmelicolas aut fratres de carmelo profectos. Solymos, i. hieroſolymitanos, Tu pater es uatum, Forte generalẽ ordinis hoc nomine appellat qui pater eſt uatum, quia carmelitarũ qui filiꝝ olim erant prophetarũ & prophetę, qui & uates dicuntur, Tu ſcis cõponere, i. finire, ut Ante diem clauſo componet ueſper olympo. Et in buco. Non noſtrũ inter uos tantas cõponere lites, Vnde qui pacto litem terminant ſe compoſuiſſe aut cõpoſitionem feciſſe dicunt, Pierios liquores, i. hauſtus muſicos quibus poeta euaſerit, Et uidiſſe deas, ſ. muſas, quibus uiſis & abeis ad hippocrenem ductus Heſiodus poeta euaſit, vñ Ouidius. Ecce deas uidi, nõ quas p̃ceptor arãdi Viderat aſcręas cum ſequeretur oues. Neutro autẽ modo dicit ſe Perſius euaſiſſe poetã in principio ſic. Nec fonte labra prolui caballino. Nec in bici-

Batrachos
Myrmix
Solymos

piti ſomniaſſe parnaſo Memini, ut repente ſic poeta prodirem, Et eurotæ campos, Eurotas fluuius eſt laconiæ laurifer, unde illic phœbus fingitur docuiſſe lauros. In buc. Maro. Oia quę phœbo quõdã meditante beatus Audiit eurotas, iuſſitq; diſcere lauros, Ille canit, Ac Phocidis arua in quibus parnaſus eſt mons totus muſis conſecratus. Ouidius. Separat aonios acteis phocis ab aruis Terra ferax. Et paulopoſt. Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duob⁹. Nomine parnaſus, ſuper a tq; cacumine nubes. Fronde ſua .i, lauro. Maro in buco. Phœbo ſua ſemper apud me Munera ſunt lauri, dona dedit, ſ. ſua cytharã quã a ſe inuentã orpheo dedit, neruos .i. chordas & eburnea plectra, i. lyram heptachordẽ quam inuenit cũ tetrachordis mercurĩ dicatur, Hora. ſn arte. Ne forte pudori Sit tibi muta lyrę ſolers & cantor Apollo. Dicite, ſic Palemon Maronianus, Dicite qñquidem molli cõſedimus herba. Et nunc omnis ager nũc omnis parturit arbos. Quod hic ex induſtria mutat quaſi per legẽ amebœi carminis contrarium dicens. Tepidos admouit. Perſius, Admouit iam bruma focote Baſſe ſabino. Boreas uentus ſeptentrionalis dictus rex Thracię, q illinc ubi regnat ad nos ueniat flatus eſt acuti, vñ Maro, Et boreę penetrabile frigus adurit, Dum riget, ſ. gelu. Stiria gurtæ in longũ congelatę. Torpent ſtagnantiũ more. Ocia damnantur quę nulla negocia tractant, unde Cicero in principio iij. offici. Publium Scipionem dicere ſolitũ ſcripſit Cato nunq̃ ſe minus ocioſũ eſſe q̃ cũ ocioſus, nec minus ſolum q̃ cum ſol⁹ eſſet, Magnifica uero uox & magno uiro & ſapiente digna quę declarat illum, & in ocio de negocijs cogitare & in ſolitudine ſecũ loqui ſolitum. Vbiſcies ocioſum dici qui muneribus publicis uacuus operam dat rerũ cognitioni, unde poetica ſtudia ocia uocantur. Non ergo ocioſus nihil agit ſicut ceſſator,

Eurotas
Parnaſus
Boreas
Stiria
Ocioſus

Paſtores genus infœlix æſtate uagamur Myr.
Pro grege ſolliciti, ſed nos cum frigidus imber
Continet in ſtabulis, lites & iurgia ſurgunt
Qui ueteres audent ritus mutare, ſuoq; Batra.
Arbitrio, & nullis ducunt ſub legibus æuum
Hi ſunt o Myrmix qui bella domeſtica gignunt
De ueteri ritu, de conſuetudine patrum Bem.
Rixa igitur uobis, leges moreſq; parentum
Batrache dic, dic cur noſtrum ueniſtis in orbem
Ex phœnice ſolo? nos paſcua uidimus illa
Vidimus herboſos fœlici uligine campos

Vertice carmeli uitreis uberrimus undis
Fons cadit, & rauco densum nemus irrigat amne
Vidimus & iordanis aquas, ubi maximus olim
Pastor oues mergens scabiem resecauit auitam
Amnis hic a libano ueniens galilæa per arua
Transit, & ampla lacu consurgit in æquora magno
Vnda coit rursum, rursum mare fundit apertum
Vrbs ubi ro mani de nomine dicta tyberi
Vnda coit rursum, tandem hiericunte relicta
Intrat in infames asphalti gurgitis undas
Hinc satis est nos oram omnem uidisse probatum
Dicite, & hinc tandem uestras demergite lites
Batrachus audaci semper sese ingerit ore Myr.
Et mihi se præfert magno temerarius ausu
Non ego me ingessi, processi a iudice iussus Batra.

Pastores genus infœlix. Proponit Myrmix litē detestans eo ꝙ qui de obseruatione nō sunt quia molliorem ducūt uitam, uellent in suo statu sine cōtrouersia & molestia permanere, contra de obseruatione uellent omēs sui similes esse, Æstate uagamur pro grege solliciti allegoricos ꝓ uictu. Sed cū nos frigidus imber continet in stabulis, Maro geor. i. Frigidus agricolā si quando continet imber, Non exire aūt stabulis tunc docet ibidē sic, Cum propius stabulis armenta tenerent, Lites & iurgia surgunt argute quasi in odiū iurgiorū litē refugit, vñ Batrachus. Qui ueteres audent ritus mutare &c. Hi sunt o Myrmix qui bella domestica gignunt q. d. non nos sumus in culpa, q uelim⁹ in pace sine iniuria uiuere, sed qui ordini & professioni nostrę iniuriā inferūt per nouos ritus, Interloquit aūt Bembus significās se peritū locorū & obseruationis ueteris ut idoneus cōprobetur iudex arbitrarius. Leges moresq; parentū, i. patrū & maiorū tuorū ad quos reuocare uis. Dic cur nostrum uenistis in orbē, i. europam. Ex phœnice solo, i. ex galilęa quā Phœnices secundū Strabonē habitāt, & q̄ est in phœnicia, Nos pascua uidimus illa, ut pastoralem agere rē uideant & nō impertinentē ad bucolicū carmen dicit pascua non claustra, Fœlici uligi. Vligo (inquit Seruius) est naturalis terrę humor ab ea nunq̄ discedens, vñ uliginosus ager semp̄ humidus est, humidus aliqñ siccat, Vertice carmeli uitreis uberrimus undis, Fons cadit, i. defluit, Vbi maximus olim pastor non tam de Heliseo q

Vligo

illic Naaman syrum a lepra mundauit q̄ de diuo Ioanne Baptista loqui uidetur qui scabiē auitā, i. originalē maculā resecauit baptisando, Amnis hic .s. iordanis a libano ueniens per duos fontes qui dicunt ior & dan, unde iordanis nomen, Rursum mare fundit apertū, s. tyberiadis, de quo Ioannis vi. Abijt Iesus trans mare galilęę quod est tyberiadis, De noīe dicta tyberi ꝓ tyberij. s. tyberias, tandē hiericunte relicta, declinatur hęc hiericus hui⁹ hiericuntis, sicut amathus amathuntis & multa alia, Intrat in infames asphalti gurgitis undas, Asphaltus est quod mare mortuū uocāt, in quod urbes illę quinq; infames absorptæ sunt igni & sulphure ꝓpter abhominabile crimē quod ab illarum una zodomiticū uocant, Hinc, i, ex his quę dixi satis probatum est nos uidisse omnem oram. i, regionem illā, Dicite ergo & demergite, i. obruite & sopite, hoc est finite tandē hinc, i. de hac re uestras lites, Et mihi se præfert magno temerarius ausu, Volūt em̄ de obseruatione ut sūt præstantiores haberi, Processi a iudice iussus, dixerat enim iudex Bemb⁹, Batrarche dic &c.

Iordanis

Asphaltus

Pone pedū Myrmix, & tu q̊q; Batrache, non est Bem.
Orandum armatis manibus, sed mentibus æquis
Batrache dic, Myrmix animi compesce furorem
Interea, ut uenias magis ad responsa paratus
Qui furit insanit, qui uero insanit amaro
Impatiens animo, nec corda nec ora gubernat
Quicquid ait uanum est, quicquid molitur ineptum
Bembe genus nostrum, generisq; exordia dicam Ba.
Venimus assyrijs (ut Candidus inquit) ab oris
Est pater Helias nobis, qui sustulit armis
Pastorum genus omne malum, qui traxit olympo
Flammigeros ignes, qui ascendit in æthera curru
Nobile & antiquum genus hoc, & clara propago Bem.
Pastores alij quotquot per rura uagantur Batra.
Omnia sunt riui nostris a fontibus orti
Nos dedimus leges, pascendi ostendimus artem
Quo magis hi peccant qui cum sint ordine primi
Primatum amittunt studia inconsulta sequendo

Nos radix, alĩ rami, ſed nos quoq; rami
A ueteri radice patrum iam ætate caduci
Tradidit Helias certam paſtoribus artem
Qua curare greges, qua noxia pabula fas eſt
Diſcere. & occultos imbres uentoſq; latentes
Quiue ſalutaris foret, & qui peſtifer annus
Signa dedit, nihil omiſit quod ouilia tangat
Sed fons ille fluens carmeli e rupibus altis
Tam nitidus quondam, tam dulci lympidus unda
Tramite mutato (patet id) modo currit in auſtrum
Sed prius (extat adhuc uetus alueus) ibat ad ortum
Hi curſus fecere nouos, liquere priores
Quos dederat riuo ueterum prudentia patrum

Pone pedum Myrmix, Quia acris lis eſt ne ex uerbis ad uerbera protũ
pant monet tela deponi pro quibus paſtores pedũ habent. Et tu quoq; Ba
trache bona fantaſia priorẽ cõpellat eum qui de obſeruatione nõ eſt quaſi
ardentior ſit ad arma. Non eſt orandũ, i. cauſæ non ſunt ab oratoribus dicẽ
dæ corã iudice armatis manibus, Id em uetant leges. Sed mentibus, quia
diſturbatis animis facile ueritas ledit. Bacrache dic, repetit & cõfirmat q̃d
Ira ſupra dixit. Vt uenias magis ad reſpõſa paratus, Bona admonitio, quia ar
dentes ira raro ſe purgant ut decet, intenti ad ingerenda potius conuicia, ut
patet apud Maronẽ in Palemone, Nec corda nec ora gubernat, vñ Hora.
Ira furor breuis eſt, animũ rege, qui niſi paret imperat, Quicq̃d molit, i. cũ
molimine & difficultate conatur attentare, Bembe genus noſtrũ ut gratiã
& beniuolentiã iudicis captet, cõpellat eũ proprio nomine, pollicet̃q; exeq
ipſius iuſſa. Venimus aſſyriis (ut Candidus inquit) ab oris. Dixerat enim
Qui ſolymos colles galilæaq; rura colebant. Iudæa em in Aſſyria eſt cui⁹
caput olim babylonia, Eſt pater Helias nobis, ſ. Theſbites de q̃ iĩj. & iiĩj. Re
gum abundans mentio ſit. Qui ſuſtulit armis, Neſcio an legendũ ſit aruis,
Q; ſi legẽdũ eſt armis intelligã de armis zeli, aut de ignib⁹ cœli q̃b⁹ arma
tus duas quinq̃genas ſuſtulit, Qui traxit olympo flãmigeros ignes ut iiĩj.
regũ. i, Si homo dei ego ſum deſcendat ignis de cœlo & deuoret te & quin
quaginta tuos, Idem iĩj. regũ xviĩj. Inuocauit ignẽ q̃ deuorauit holocauſtũ
Qui aſcendit in æthera curru, ut habet iiĩj. regũ ĩj. Nobile & antiquũ gen⁹
hoc & clara propago, quia monaſticæ uitæ princeps eſt Helias, & ſanctis li
Propago teris per q̃ illuſtris, Propago aũt quãdo progeniẽ ſignificat primã corripit.

quã pro uite producit, Paſtores alĩj. Id (ut dixi) diuus Hiero. quoq; ſentit
Nos dedimus leges, quia primi fuerũt qui religioſorũ more ſimul uiuerẽt,
& monaſticã uitam in carmelo agerent, Paſcendi oſtẽdimus artẽ, i, normã
ſimul uiuendi, Quo magis hi, ſ, qui noua inſtituta appetunt, & uetera quæ
digniora & meliora ſunt immutare uolunt, Primatũ amittunt, quia dicũt
ſe ultimos mendicantiũ approbatos cũ primi ſint, quia iuſſi ſunt in ſolido
ſtatu permanere, Sequendo ſtudia inconſulta, i. inconſultorũ q̃bus nouitas
placet. Sed nos quoq; rami a ueteri radice. i, pullulauim⁹ a patribus noſtris
ſed alĩj q̃ſi per imitationẽ collateraliter, nos p̃ propagationẽ ex uera radice
Caduci ętate, i. antiquitate a prima perfectione decidentes quod dicit pro
pter non obſeruantes, Tradidit Helias certã paſtoribus, i. formã recte uiuẽ
di exemplo uitæ ſuæ reliq̃t, Qua curare greges, ut rem paſtoreã (ut dixi)
agere cenſeatur, omnia ad paſtores refert, oſtendens officia paſtoris ouium
cũ allegoricos intelligat animorũ, Paſtorũ em eſt cura re greges, uitare pa
bula noxia, q̃a certis diebus ſaltẽ abſtinẽt carnibus, et occultos imbres, i. in
fectiones & uentos latentes, murmurã (niſi fallor) intelligit, Maro aũt in ge
or. i, dat uerorũ uentorũ, p̃gnoſtica, Nihil ommiſit more ſuo poſitione pri
mã producit, cũ Horatius & fere alĩj omiſit prima breui ſcribant. Sed fons
ille fluens allegoricos uita religioſa tam limpidus, i. purus & clarus, Tra- Limpidus
mite mutato (patet id) modo currit in auſtrũ, i. meridiẽ qui animantib⁹ in
italia p̃ſertim eſt peſtifer, quia corrũpit etiam opſonia, luuena. tñ hic pro
parat uelut urgeat auſter, Hora. P̃ſentes auſtri coquite horũ opſonia &c.
Allegoricos uult bona inſtituta eſſe inuerſa atq; deprauata. Sed prius ibat
ad ortũ. ſ. ſolis, i. ad orientem, quia eurus & boreas ſalubres ſunt uenti. Alle
goricos intelligit ad cœlum, Extat adhuc uetus alueus per quẽ, ſ. fõs ille flu
ere ſolebat, i. adhuc reperiuntur reliquiæ ueteris religionis. Extare em eſt
ſuperſtite m eſſe aut ſuperſtare dum reliqua occiderint, Hi. ſ, noui qui nõ ob Extare
ſeruant.

Quid tibi, ſiue nouo currat ſeu tramite priſco Myr.
Dummodo fœcundis humectet paſcua lymphis?
Et quid de cœli quereris regione? per auſtrum
Solis iter, melior uitis quæ reſpicit auſtrum
Et melior legitur libycis de collibus uua
Eſt melior taxus boream quæ reſpicit, ergo Batra.
In boream melius poterat decurrere riuus
Paſtor es & cura pecoris maleſane relicta
Sermonem de uite facis, quaſi legibus ĩſdem

Grex & uitis eant, nec quod discrimen in undis
Gramineq; & uentis nosti & q̄ noxius auster
Sit pecori, disce a roma si noxius auster
Cur mutinensis agri pecudes sunt uellere fusco?
Cur clitumnus habet niueas? cur mantua molli
Lanicio excellit, ueronaq; proxima manto?
Vnde hæc multiplici rerum uariantia forma
Non aliunde nisi a cœlis, a gramine & unda
Cãdide utrũq; pedũ procul hinc (rogo), ptinus auser Bẽ.
Inter eos hodie uideo bellum acre futurum
Clam cape, & auferto, subter sarmenta reconde

Quid tibi, Rustice respondet Myrmix ut doceat non obseruantes fere indoctos & non literis sed perditis studijs uacare. Quid tibi, i. ad te, sicut in euange. Quid tibi & mihi mulier? Dũmodo fœcundis id quidẽ uerum si eam fœcunditatẽ pariat quã Batrachus desiderat, Per austrũ solis iter, qa semper est in zodiaco, Melior uitis. s. est q̄ respicit austrũ, quia respicit solẽ incumbentẽ, vñ dictũ est denicq; aptos Bacchus amat colles, Et melior legitur libycis de collibus, i. libyã, hoc est meridiẽ respicientibus, aut reuera de libycis intelligit, ob eandẽ rem, Est melior taxus, docet Batrachus non esse responsũ ad rẽ, quia licet ad austrũ uersa uitis sit melior nõ tñ cõtinuo melior est pecori auster q̄ eurus, sicut licet taxus q̄ frigora secundũ Maronem amat, Dicit autem ñ. geor. Apertos, bacchus amat colles aquilonẽ & frigora taxi, præstantior est ad boream, non statim tñ ad boreã est melius pecus. Sermonẽ de uite facis. Argute taxat eos ebriositatis & uitiositatis, quia ex abũdantia cordis os loquit, Quasi legibus isdem aut potius ñsdẽ grex & uitis eant, quod esse negat, quia sępe ubi maior copia uini minor est pecorũ, Innuens per hoc uini copiã officere castitati religiosorũ, nam uenter mero æstuans facile despumat in libidinem, ut auctor est Hiero. Nec q̄d discrimen, i. q̄ differentia. s. sit, & q̄ noxius, i. nociuus auster. sit pecori, Disce a roma si noxius auster. Id quidẽ manifestũ, quia eo flante uarij generãtur morbi, Cur mutinensis agri pecudes sunt uellere fusco-i, subnigro, Cur clitumnus habet niueas, s. pecudes, sed & iuuencos ac tauros quibus in triumphis utebantur, vñ Maro georgi. ñ. Hinc albi clitumne greges & maxima taurus Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro. Romanos ad templa deũ duxere trimphos. Clitumnus aũt fluuius est in Meuania quæ pars est vmbriæ partis Thusciæ, de quo fluuio dicit Plinius in naturali historia, q̄ animalia quę eum potauerunt albos fœtus procreant, Cur Mantua molli lani

Clitumnus

Mantua

tio excellit? Est tamen in Euganeis mollior sed uicini sunt, Veronaq; proxima manto, i. Mantuæ urbi, Vsurpatiue dixit manto, quia non utimur nisi ntõ actõ & vtõ in o, & gtõ in us a græcis in o longum exeuntibus ut mantomãtus, Candide utrunq; pedum, quia deposuerant pedum, i. baculum pastoralem, sed non longe a se reiecerant ne a uerbis ad uerbera peruenirent, monet sedulus pastor Bembus secrete Candidum ut utriusq; pedum subter sarmenta reondat, Sarmenta autẽ (quia non omnes gallicum noscũt) Sarmenta sunt putamina & resectamenta uitium

Bembe mihi tecum sermo est, dum uiximus una Batra.
Dum commune pecus nobis fuit, heu mihi quantum
Dedecus, heu quot sunt pecudes incommoda passæ?
Nec mersare gregem fluuio nec uellera certis
Temporibus (sicut mos est) tondere licebat
Nudabant spineta pecus, nudata secabant
Terga rubi, scabie cutis aspera. tabidus humor
Pestis, & in totum serpebant ulcera corpus
Multum igitur refert pecudes quę pabula carpant
Flumina quæ potent, & qua regione morentur
Dic mihi dic? Myrmix priscum cur lana colorem
Perdidit? hæc gregibus quid nam noua uellera fecit?
Cur pecus est nigrum, quod erat melioribus annis
Clarum? immutarunt mutati uellera mores
Bembe ad te redeo, paucis absoluere nitar
Sed quo digna omni tua sit sententia laude
Vera loquar, tu iura tenes, ego facta docebo
Iudicium reddit uerum enarratio uera
His animaduersis ægre tot damna ferentes
Venimus ad fontem, riuumq; a uertice summo
Scrutari mihi cura fuit, tu prouide Myrmix
Interea nidos auium, uel dorcada paruam
Venabare, tuæ quæ dona darentur amatæ

Bembe uides ut aperta in me conuicia torquet Myr.
Auguror, ista manu lis est non ore agitanda
Mos mihi non lingua maledicta refellere dextra
Batrache ne uerum taceam, linguosior æquo es Can.
Iurgia bilem acuunt, conuicia pectus acerbant
Non tibi cum puero res est, nec homuncio Myrmix
Res male tuta uiros lingua irritare proterua
Da ueniam Myrmix, amitam proferre uolenti Batra.
Nescio quis mihi misit in os malus error amatam
Do ueniam, caue ne rursum me uoce lacessas Myr.

Bembe mihi tecũ sermo est q.d. in hoc homine nihil uideo rationis dum uixímus una. i. priusq; per reformationẽ (ut aiũt) a nõ obseruantibus seiũcti sumus. Heu mihi quantũ dedecus, heu quot sũt pecudes incõmoda passæ q.d. maxima & innumera, Nec mersare gregẽ fluuio, i. debitã curã animis adhibere, Nudabant spineta pecus, i. mũdanę cogitationes & cõuersationes (nam litera ut dicũt aperta est) Tabidus humor uitiũ carnis, Multũ igitur refert, i. distat et ad rẽ facit, q̃ pabula de spiritualib⁹ intelligit, Priscũ cur lana colorem perdidit? quia prius ut ex aulęis cõprobauerũt obseruantes usi sunt uestibus piceis seu gryseis, qualibus adhuc in nonnullis utũtur fratres illiterati quos conuersos uocant, Noua uellera, quia nunc nigra sunt intrinsecus indumenta, q̃d factum dicunt ut unius uideant gregis, quia em̃ piceus color ut in fratribus diui Francisci uidemus, tam uarius est, cõclusere unt in nigrum immutare, quẽ de obseruatiõe italica respuũt, putantes natalem & sine fuco factum magis congruũ religioni, q̃d & Maro censuit dicens, Nec uarios discet mẽtiri lana colores. Veritas em̃ præstat mẽdacio, q̃d erat melioribus annis clarũ. Si de exteriore loquit̃ non uidet̃ procedere quia omẽs adhuc candidã seruant chlamydẽ. Dicamus ergo clarũ, i. subnigrũ, qui respectu plane nigri clarus est. Vellera uulgo gemino l scribit̃, qa tamen a uelando uenit, potest simplici l scribi, Vera loquar. Oratorie iuxta rethorũ prẽcepta prę se fert fiduciã, His animaduersis, s. malis q̃ pecori obuuerant, uenimus ad fontẽ, i. religionis uel dorcada, Dorcas græce dicitur latine caprea, i. capra syluestris, Tu prouide, ironicos id refert, tuæ q̃ donarentur amatæ. Id amare sed utinã nõ uere, unde Myrmix Bembe uides &c. Mos mihi non lingua maledicta refellere dextra, Id aũt acerbius cõtra se fatetur Myrmix, i. non obseruans. ut se longe a dñico consilio abhorrere significet, qui auferenti pallium docet potius tunicã addere q̃ in pugnam procedere aut litẽ inutilẽ fouere. Verum quia neutrũ decent conuicia acce

Dorcas

dit Cãdidus bene fungẽs officio suo, quia candidus dicit̃ omis liuoris expslinguosior, i. uerbosior æq̃, i. q̃ equũ & honestũ est. Iurgia bilẽ, i. colerã quæ stomachũ mouet, quia sermo durus suscitat furorẽ, Nec homuncio Myrmix, id iucunde, quia Myrmix (ut dixi) formica interpretat̃, cui robur pro modulo corpis maximũ inest, quia grana maiora se infert interdũ in oua sua, se q̃q; maiora transfert, Viros q.d. animosos & mares animos, Amitã proferre uolenti, Amita patris est soror ut matertera matris, cui honestius q̃ amatæ mittantur munera. Cætera nota ut hæc fere nota putem

Bilis

Amita
Matertera

Alueus excelsa saliens de rupe lacunam
Foderat, & clausis ripas æquauerat undis
Gurges erat textu syluarum umbrosus opaco
Densaq; sepierant tristem spineta lacunam
Mille uenenorum species in gurgite uidi
Mille secus ripas in opaco margine, mille
Per nemus ad lymphas sinuoso serpere gressu
Obstupui, & rapido rediens ad ouilia cursu
Incipio paleas furca uersare tricorni
Ecce caput tollit coluber, linguaq; trisulca
Sibulat, inflantur fauces, nepa liuida tendit
Brachia, uentrosus profert uestigia buffo
Vipera per stipulam gradiens strepit, o loca dixi
Non pecori tantum, uerum & pastoribus ipsis
Noxia, mox grege diuiso de sedibus illis
Pascua quæsitum tristis meliora recessi
Perq; iter antiquum fontis noua flumina duxi
In campos, ubi prima suos aurora colores
Explicat, & croceos phœbi redeuntis ad ortus
Hic mihi fœcundæ pecudes, hic pascua læta
Et sine labe liquor, dulces sine crimine lymphæ
Hæc loca primæui sunt quæ coluere parentes
Signa casæ superant, puteus, carioſaq; ligna

Fixa ſolo, ſeiuncta pedum diſcrimine ſeptem
Et focus, & lacera quæ cingitur area ſepe

Alueus
Gurges

Alueus excelſa. Docet Batrachus qd in fonte uiderit dicẽs, Alueus. i. riuus ſaliẽs de excelſa rupe foderat, ſ. p̃cipiti caſu lacunã, i. receptaculũ aquarũ & ſordiũ, & æquauerat &c. Gurges, i, uertex aquarũ ſpineta, i. ſpinæ denſa ſe pierant. i, ſepimento quodã clauſerant. Ego uidi mille ſpecies uenenorũ, i. prauarũ traditionũ & malorũ morum ad, i. iuxta lymphas, i. aquas, i. uidi fontem primę religionis penitus infectũ, Obſtupui &c. furca tricorni, i. tria

Nepa
Bufo
Vipera

cornua habenti, Nepa liuida, i. ſcorpius habens uenenũ liuidũ ſub cauda, ſed hic dicit liuida brachia, i. chelas liuentes, uentroſus, i. habens magnũ uẽtrem. Bufo, i. rana uenenoſa. Vipera. i. aſpidũ peſſima ſic dic dicta q̃ ui pari at, quia non põt ædere fœtus ſuos quos ore concipit & patrẽ concipiendo necat, ſed ipſi uicini partui aut tam maturi ad partũ dentibus ſecant uentrẽ maternũ & ita uipera nec̃ patrẽ nec̃ matrẽ uidit unq̃ incolumẽ, q̃d benignitate naturæ in nos efficitur, ne tã nõxia peſtis multiplicet, Paſcua quęſitũ triſtis meliora receſſit, Quęſitũ ſuplnũ eſt. i. ut quęram aut quęſiturus meliora paſcua, Vñ docet obſeruantes diſceſſiſſe propter prauos non obſeruãtium mores. Perc̃ iter antiquũ, i. iuxta traditionẽ primorũ patrum. In cãpos ubi prima ſuos. i. orientẽ uerſus, ſicut prius dictũ eſt ad ortũ. Croceos ortus phœbi, i. ſolis. Hæc loca primæui ſunt q̃ coluere parentes. Manifeſta eſt ergo allegoria, nam per orientẽ & eurum purã & ſalubrẽ ſignificat uitã per meridionalẽ plagam & auſtrũ uapidã & mollem, ut uentus ille plũbeus & tepidus eſt. Signa caſæ, ſ. paſtoralis cariosac̃ ligna fixa ſolo ſeiuncta pedum diſcrimine ſeptem, Tm enim ſpacij celis ſingulis cõgruit, & focus .ſ. cõmunis quo ignis fouetur, & area, i. locus ſpacioſus in medio clauſtri circum quẽ porticũ & deambulacra faciunt cingitur ſæpe lacera, allegoricos ſignificat clauſtrorũ muros dirutos & peruios a non obſeruantibus factos

Cura uiris leuibus rerum ſolet eſſe nouarum Myr.
Propterea certe noua paſcua quærẽs & amnes
Fingis inauditos, & uis nouus auctor haberi
Cura uiris grauibus rerum ſolet eſſe ſuarum Batra.
Propterea Myrmix nimis a grauitate recedis
Hęc nouitas non eſt nouitas, ſed uera uetuſtas
Relligio & pietas patrum inſtaurata reſurgit
Quam tua corrupit leuitas, & nota tuorum
Segnities, igitur ſi quis labentia tecta
Erigat, & ſterilem qui manſuefecerit agrum

Iudice te damnandus erit: non ponitur arbor
Altera, ſed ueteri inſeritur bona uirgula trunco
Segne prius lignum noſtro fit fertile cultu
Q̃uis pingue tuo pecori ſit gramen & unda Myr.
Defecata, tamen multæ cum matribus agnæ
Interiere, lupi & paſtæ meminere uolucres
Hæ fateor quæ dira tuæ contagia peſtis Batra.
Accepere, etiam procul aſpicientibus obſunt
Tantum uirus ineſt, ueſtri uis tanta ueneni
Propterea magis atq̃ magis diſcedere ſemper
Eſt animus, patitur pecus hæc̃ incommoda noſtrum
Sola, q̃ in uaſtam nondum diſceſſit eremum
Nec ſatis a uobis procul in deſerta receſſit
Batrache de gregibus mentiris pluríma noſtris Myr.
Certe alienarum tibi cura ſuperflua rerum
Et temere aſſumis partes cenſoris iniqui
Cur mihi qui paſco, cuium pecus, iſta tueri
Non licuit: ſolis ne domus mea cognita uobis

Cura uiris leuibus, quanq̃ id ſtrenue cauit Batrachus ne res nouas dicat molitus, tñ cum aliud non poſſet, id falſo obijcit Myrmix. Et uis nouus auctor haberi, hoc eis obijcitur qui ad reformationẽ alios uocant aut cõpellunt. Cura uiris grauibus, ſ. ſubtilis reſponſio deuerbiũ deuerbio retundẽs, Hæc nouitas nõ eſt nouitas. i, quã dicis nouitatẽ non eſt nouitas ſed uera uetuſtas. Vnde manifeſte dicit religio & pietas patrũ inſtaurata, i. in ſtatũ & formam priorem reducta (vñ uerius dicit inſtauro q̃ reſtauro) reſurgit. Et nota tuorũ. ſ. confratrũ qui manſuefecerit agrũ, redit ad tranſlationẽ ꝓpter ſępe dictam cauſam ne uidelicet nõ paſtoralis agatur res. Segne. i. tardum & infœcundum quamuis pingue. Docet etiam inter eos qui ſe obſeruan- Segnes
tes dicunt adhuc eſſe morbidos & multos interijſſe. Ad quod Batrachus
Hæ fateor ideſt fateor ꝙ hæ oues interiere quæ dira tua contagia peſtis accepere ideſt quæ infectæ ad nos uenerunt, nec ſe purgari permiſerunt, tantum uirus ideſt uenenum ꝙ in uaſtam nondum diſceſſit eremum ideſt ꝙ non dum penitus a communione ueſtra diſceſſit.

Eremus

Dicitur aũt eremus ſine aſpiratione gñe fœmi. & media lõga, q̃ rria inuerti ſolent, De gregibus mentiris pluríma noſtris, Cũ aliter ſe purgare nequeat ad conuicia refugit, Cur mihi qui paſco cuium dictum id puto pro cuiũcu ium, i. cuiuſcũq; pecus iſta tueri, i. proſpicere quę tu mihi obĳcis, ſolis ne domus mea cognita uobis, i. uidetis ne uos ſoli infectionem (ut dicitis) dom meæ quam nos ignoramus.

Æthyopes una quoniam nigredine ſordent Batra.
Ille color nulli uitio datur, omnibus idem
Vultus, & alterius ſi quis reprenderet ora
Et ſua damnaret, pecori pecoriſq; magiſtris
Fex eadem, ſcabies eadem, cutis & color idem
Parcite, iam ſatis eſt lis intellecta, dieſq; Bem.
Inclinata cadit, iam poſt iuga ſumma ruit ſol
Audite o magni generis longæua propago
Lite ſuper ueſtra quæ ſit ſententia noſtra
Batrache me audaci totiens ſermone laceſſis Myr.
Non ego, ſed nõ æqua magis te cauſa laceſſit Batra.
Iudiciumq; timet ſibi mens male conſcia iuſtum
Quando inimicitias tempus deponere, rurſum Can.
Veſtra nouas lites uecordia ſuſcitat, ergo
Perpetuis hæc rixa odĳs æterna manebit?
Quæ uos debilitas capitis, quæ inſania uexat?
Non pudet his uti tanto ſub iudice nugis?
Ergo animis audite æquis odĳſq; ſepultis
Vltima doctiloqui quæ ſit ſententia Bembi
Ferte per antiquos patrum ueſtigia greſſus Bem.
Et ueteres ſeruate uias, reuocate uagantes
Per ualles & ſaxa greges, per luſtra ferarum
Figite in antiquis iterum magalia campis

Æthyopes una graphice docet quare illi nõ uideant ſuã deformitatẽ ſuaq; uitia, qa oẽs tales ſunt, ille color, ſ. niger, fex eadem, eadẽ infectio, Quia ẏo ad manifeſta uſq; conuicia proceſſũ eſt ne ultra progreſſio fiat dicit Bẽbus

Parcite. i. abſtinete a conuiciĳs, quía lis eſt iã ſatis intellecta, Dieſq; inclinata cadit. Audite o magni generis longæua propago, quia eos ab antiquitate laudat, timet iam dudũ Myrmix cauſę ſuæ, vñ non attendit ad iudicẽ, ſed ad conuicia dicta dicẽs, Batrache me audaci totiens ſermone laceſſis, i. pro uocas ad irã, Non ego. ſ. te laceſſo ſed magis, i. potius laceſſit te cauſa, ſ. tua nõ ęqua, i. iniqua. Iudiciũq; timet ſibi mens male conſcia iuſtum, Multæ & egregię ubiq; ſunt ſentẽtię quas memorię cõmendaſſe profuerit, Interloqt Cãdidus qui director uidet utrorũq; litigantiũ, quía pro eis iudicẽ delegit Q̃ nordo eſt qñ tẽpus. ſ. eſt deponere inimicítias, tunc. ſ. ueſtra uecordia, i. peruerſitas cordis ſuſcitat rurſũ nouas lites. Ergo indignanter id dicit, Nõ pudet his uti tãto ſub iudice nugis? Magnifacit auctoritatẽ iudicis ut ſentẽtię ab eo datę maius ſit põdus. Ergo, qa id decẽtius & honeſtius eſt q̃ odĳs progredi, animis audite ęquis odĳſq; ſepultis, i. ſopitis & oppſſis, Vltima, i. (ut dicũt) definitiua ſententia, Eſt aũt hæc. Ferte per antiq̃s &c. incedite more maiorũ ueſtrorũ, Reuocate uagantes per ualles, i. qui oberrãt a Carmelo q̃ mons eſt, i. a uera religione in carmelo inſtituta, intelligere aũt potes mol liter uiuentes. Et per ſaxa, i. dura & aſpera mundanarũ curarum, & per luſtra ferarũ. i. per lupanaría, quia meretrices lupæ quę fere ſunt dicunt, & luſtra ob id etiam lupanaría, Secluſa aũt allegoría remotiore manifeſte uult errantes in pernicioſis inſtitutis & moribus ad rectã reduci religionẽ q̃ antiqua eſt, unde concludit, Figite in antiquis iterũ magalia campis, Magalía (ut dixi) & mapalía penorum lingua ſũt tuguría & quaſi paſtorales caſæ, Vult ergo prędicare in antiqua uiuere paupertate, dũmodo ſancta maiorũ ſuorum ſeruent ueſtigia.

FINIS

BAPTISTÆ MANTVANI CARMELITÆ IN LAVDEM Ioannis Baptiſtæ pro natali eius carmen,

Agnifer æterna iuuenis digniſſima uita
Ante deum preco, lucifer ante diem
Nam puerum ſupra puerilem gratia ſenſum
Te tulit, ut fieres nuncius ante deum
Sancta tuis hodie libamina ponimus aris
Et damus infeſtos thura ſabæa focos
Scilicet ut uitæ caſus expertus iniquos
Auxilio generi ſis memor eſſe tuo
Hæc eſt illa dies, qua primæ gaudia prolis
Accepit ſenio feſſus utercq; parens
Magnus es, et ſancti retines loca prima ſenatus
Et prope uirgineum crederis eſſe latus
Et tibi ſe præfert, niſi ſint oracula uana
Omnis in ætherea ſancta caterua domo

Nec putat indignum toti qui præsidet orbi
Quod iuuenis tetricos ponerís ante senes
Illic in precio uirtus contemnitur ætas
Nec quantum, sed quo uita sit acta modo
Iure igitur propter meritum præclaraq; gesta
Te decorat primo turba beata loco
Ad te uirginea uenit puer insitus aluo
Et sine uocali protulit ista sono
Nascere magne puer, propera dignissime natum
Secla noua & legem nuncia adesse nouam
Et genus humanum ueracibus argue dictis
Et solymas gentes ad uada sancta uoca
Diuitias alijs perituraq; regna relinque
Et nisi cœlesti non memorare bono
Præmia terrenæ mentes terrena sequantur
Regna manent alio nos meliora loco
Noxia multiuolæ fugias consortia turbæ
Sit tua sylua, domus, terra, cubile tuum
Hispida syluestres tibi dent uelamina capræ
Squaleat intonsis os iuuenile comis
Recole iordanis fruticantia flumina, tollat
Vnda sitim, gramen siue locusta famem
Vide prior, præcede meos noue lucifer ortus
Iam meus auroræ limina pulsat equus
Ibimus, & tecum simul illustrabimus orbem
Luce noui solis, sy deribusq; nouis
Dum complexa senem mater, uirguncula matrem
Colloquitur, puero tradidit ista puer
Dum populo sacri caneres noua dona lauacri
Ad uada quæ geminis multiplicantur aquis
Ille puer factus iam corpore maior & annis
Supposuit digitis ora lauanda tuis
Iure igitur tua nunc adeunt altaria turbæ
Et tibi iure dies ista dicata fuit
Nam deus illorum ne sint iubet irrita uota
Arma clientelæ qui subiere tuæ
Nos quoq; ne mores damnare putemur auitos
Verbenis gerimus tempora cincta tuis
Sic faueas nobis, ut te uenaremur oportet
Nec precibus debet ulla repulsa dari
Exorare faue miseris pia uota secunda
Voce, oculis tibi cor supplicat atq; manu
Ista dies alijs fac sit fœlicior, adsis
Omnibus, & clemens ad tua templa ueni
Si tamen est quisq; qui orare procaciter ausit
Auferat indignas mobilis aura preces
Hic petet annosæ longissima tempora uitæ
Alter amicitiam principis, alter opes
Forte erit & uetitos demens qui quærat amores
Et dominum mitem postulet esse sibi
Parce iuuentuti, sed luxuriantia muta
Pectora, fert iuuenes impetus atq; furor
Orabit pluuiam rapido qui leditur æstu
Forsitan hoc omnes fœmina uirq; uolent
Vix ferimus rapidi flagrantia sydera cancri
Nec pater extinguit Iuppiter illa tuus
Iam renouat ueteres tellus exusta querelas
Et puero currus extimat esse datus
Arescunt gelidi fontes, moriuntur & herbæ
Perdidit infœlix pascua læta pecus
Hanc igitur minui si quis rogat imbribus æstum
Agnifer illius sunt bona uota, faue
Despetit absentis reditum noua nupta mariti
Et gemit, & supplex ora pudica mouet
At mulier grauida quæ pignora sustinet aluo
Nouaq; iam celeri luna propinquat equo
Da facilem dicit iuuenis sanctissime partum
Ponere cum uentris pondera tempus erit
Languidus auxilium medicę cui defuit artis
Te uocat, & tremulis uocibus ambit opem
His ego non moueor, nec me terrena remordet
Cura, polos ultra mens animosa uolat
Hæc alijs dentur, meus id sublimius ardor
Et bona contempto uult meliora solo
Vna potens res est me reddere sola beatum
Quæ tibi per uersus fiet aperta duos
Esse tuo coram uultu deus optime rerum
Semper, & aspectu liberiore frui
Hoc peto, tu sanctos inter dignissime ciues
Hoc hodie uotum ne sit inane, faue
Sit puerile licet, gratum tamen istud habebis
Carmen, & ut uenias in mea uota precor

FRATRIS BAPTISTÆ MANTVANI ORDINIS CARmeli professoris de uita beata libellus incipit fœliciter

Rater Baptista Petro Spagnolo patri suo S.P.D. Ocioso mihi
f aliquid ad te scribere nuper in mentē uenit. Et quū diu mecū ipse cogitassē unde possem exordiū sumere, in materiā sane pulcherrimam omniūq; cognitiōe dignissimam incidi, Ea est uita beata quæ quia ab oīibus amari debet, nec amari potest nisi prius cognita fuerit, nō inutile mihi uisum est, si quid nā ea sit, & quibus gradibus compareť apparuissem. Cur uero hunc libellū ad te potius q̄ ad alium miserim, duabus potissimū causis factum est. Primo ut quale esset genus exercitationū mearū agnoscerēs, & ne frustra me hactenus triuisse tempus forsitan existimares. Secundo ut de re tam exquisita & immortali deo q̄ gratissima ad egregiū mihiq; gratissimū uirū scriberem. Ego em̄ qui te mihi charior sit inter mortales habeo neminē. nec tū uelim ut a me præclarissimū quid expectes, nam neq; hāc materiā tam diffuse ut tractari posset dicēdam assumpsi, in qua diligenter explicanda M. Tullius Cicero facundiæ suæ neruos contendere posset. Sed ingenij tenuitati consulens multarū sententiarū flosculos summatim delegi, & huic libello inserui, quos legēs ipse agnosces. Et qm̄ ego semp̄ animaduerti dialogorū stilum pene oīibus esse grauiorē, Ciceroniano more duos colloquentes introduxi, Gigonem scilicet et Adrianū, hunc de uita beata interrogantē, illum uero interroganti respondentē. Et quia forsitan hi hoīes qui sint ignoras, breuiter aperiendū est. Gigo integerrimę uitæ homo est qui tres & septuaginta natus annos in nostra religione consenuit, multę sunt in eo uiro literę & sapientia, qualis in Catone fuit multarū usu cōparata, Hic in quibus rebus beata uita cōsistat probe nouit Adrianus iuuenis optimę indolis, cuius integritatē in hoc uno perpendas, q̄ a prędicti senis latere nunq̄ discedat. Non em̄ est credibile eius uitā prauam esse qui bonorū semper cōsuetudine utitur. Finge itaq; hos duos post prādium moderate sumptū, & post completas gratiarū actiones in hortulū secedere. & sub umbra patulę arboris inter odoriferas herbas deambulantes hoc pacto cepisse ratiocinari.

ADRIANVS

Rogo te pater si me amas, ut qui postq̄ iuuentutis annos ingressus sū, semper beate uiuere desideraui, quę nam sit in hoc mundo uita beatior aperias,

GIGO. dum quis uiuit beatam uitam fili ne dixeris. Est em̄ illa Nasonis poetę rata sententia, Sed scilicet ultima semper Expectanda dies homini est, dicq; beatus Ante obitum nemo supremaq; funera debet, Solon uir ille sapientissimus qui leges athenienſiū condidit, neminē in uita fœlicē uocari debere putabat, Quis tam uecors est, ut nō cognoscat q̄ parū fœlicitatis in hac uita futurū sit, in quā dū intramus primū omniū flere discimus? Quis sine lachrymis uitę p̄sentis curriculū transit? quā si consyderemus q̄ sit breuis & incerta procul dubio Anto. Crassum imitaremur, quē nūq̄ risisse Solinus meminit, Si forsitan alicui diutius fortuna blanditur, non tū impunitū abire permittit

P

& quanto tardior tanto grauior procella succedit, Referunt historię Polícra
tem Samiorũ tyrannũ aduersã fortunã haud semel expertũ qui ne oĩs esset
expers incõmodi, annulũ aureũ in mare, piecit, quẽ breui post tpe dũ cœna
ret in piscis uentre forte reperit, sed q̃ deus distulerat nequaq̃ abstulit, nã ex
tremo uitæ suæ tpe cruci turpiter affixus est, Quo fit ut uulgare prouerbiũ
non sit omnino uanum, quod differtur inquã non aufertur. ADRI. Vera sũt
Vitã beatã omittit quæ dícis. sed ego uitam beatã uoco illam quã si quis in hoc mundo uiuat
possit olim uitam immortalem quam nostri æternã uocant adipisci, GI. Ha
beo, sed lõgiusculę disputationis locũ adducis in aliud tempus q̃plus oci̅ na
Cribarim cti erimus differendũ, ADRI. Obsecro ne molestũ tibi sit quid sentias dice
re, non peto ut omnia cribratim inquiras, sed tm̃modo sequaris rerũ summa
uestigia, hoc em̃ a te discere cupio, a q̃ multa subtiliter disputata, multa etiã
sapienter prudenterq; iudicata cognoui, Et da ueniã si uirtutẽ tuam laudaue
ro, q̃tienscunq; tuis disputationibus interfum, Catonẽ illum de senectute dis
putantẽ uideor uidere, nec minus dicta tua obseruo q̃ olim seruare solebant
Delphici numẽ Apollinis, GI. Si tanto desiderio afficeris audire meã de hac
re sententiã, tuæ uoluntati (quantũ in me erit) morẽ geram. Atq; utinã ego
is essem qui aliq̃d dignũ expectatione tua cõmemorare possẽ, ADRI. Volo
sane ut hoc negociũ suscipias pater, nisi forsitan tibi graue sit. GI. Quid inq;
hactenus nil graue mihi uisum est, q̃uis magnũ q̃d aliquis fratrũ honesto de
syderio cõpulsꝰ me poposcerit amicitię firmissimũ fœdus est idẽ uelle idẽq;
nolle, ADRI. Loqueris ut sapientem decet, nec aliter q̃ loqueris te factitasse
existimo. Sed priusq̃ ulteriori loco procedamus, tria sunt quæ peto, Primo
quid sit uita fœlix, secundo in quibus rebus constet, postremo si qui sint qui
hac tempestate talem uitã uiuant. Hic nostrę disputaciunculæ sit tripertitus
ordo. GI. Possem tibi multas huius uitę beatę definitiones adducere a diuer
sis auctoribꝰ diuersisq; in locis auditas, sed ne te multis morer, quo pacto ab
Vitæ beatæ ex Anneo Seneca diffiniatur accipe, ego em̃ cum illo sentio. Beata (inquit) uita
respondet Seneca est illa quæ in recto certoq; iudicio stabilita est & immutabilis, ADRI. Si
placet inter nos ea lex esto, ut q̃tienscunq; aliquid obscurioris inter dicendũ
acciderit interpellare possim. Solet em̃ plærunq; accidere ut dum uerbũ ob
scurũ prętermittit, inde clarũ omne id q̃d sequitur non intelligat, dum audi
toris animꝰ ambiguo dicto repercussus hesitat, nec potest illud ex memoria
repellere. GI. Placet q̃ dicis, laude dignꝰ es audacter loquere, Luxuria a mẽ
bris, ignorantia a mente fuganda est, ut Pythagoræ placet. Ego semper in
adolescẽte futuræ probitatis uerissimũ signum iudicaui, si uelit doceri quod
nesciat, Omnis labor pro acquirenda doctrina subeundus est, Pythagoras
amore sapientiæ usq; ad ægyptios & magos penetrauit. Sic eius discipulus
Plato eodẽ se fatigauit itinere, quẽ uult Augu. omẽ id quod de deo loquutꝰ
est a Hieremia propheta qui tunc in ægypto uiuebat didicisse, Sed ut de no
stris dicam, Hieronymus utr ille sanctissimus testat in quadam epistola se a
pueritia literarũ desiderio ferbuisse, Apollinarẽ itaq; Antiochię frequenter

audiuit. Et dũ iam esset cano capite Alexandriã (ut audiret Didymũ) por
rexit, postea Bethleem reuersus hebraicas literas nocte silẽte furtim didicit.
Timebatẽm qui eum docebat ne iudæi hoc cognoscerent, non em̃ impune
tulisset, ADRI. Præclara sunt & notatu digna quæ hactenus dixisti, sed vt
ad propositũ redeamus, quid sibi uult id q̃d in definitione positum est, recto
certoq; iudicio, GIGO. Ex eo quod recto dixit uitam beatam debere esse re
ctam significauit, Rectum uero idem quod iustũ significat, & quotiens ali
quid oportere esse iustũ dicimus, in eo oportere iusticiã esse demõstramus,
De qua Euripidis illa notissima sententia dicit, necq; lucifer necq; uesperus ita
mirabilis. ADRI. Quid est iusticia? GI. Iusticia est (ut Tullio placet) uirtus
unicuiq; quod suum est attribuens. Sed liquidius a nostro Hieronymo de
scribitur. Iusticia (inquit) est non peccare, non peccare est legis p̃cepta serua
re, ADRI. Dic quęso (quia mentio de peccatis accidit) est ne uerum q̃d uul
go fertur. Non peccat inquã qui nihil omino facit? GIGO. Minuenda est pe
nitus hęc opinio, Nam legis obseruatio, hifariam diuiditur ut nihil horũ in
quam quæ prohibentur faciamus, & nihil ex his quæ iubentur prętermitta
mus. Lex ipsa inquit, Auerte a malo & fac bonum, non satis est dixisse auer
te nisi addidisset & fac bonum, qui aũt nihil facit, bonum non facit, quia q̃d
nihil est, bonum non est. Non solum oportet ut uestitũ non spolies, sed etiam
ut spoliatũ uestias. Iusticiæ duo sũt membra, quę ab ea diuelli separariq; nõ
possunt, Pietas scilicet & æquitas, Pietas est (ut Trismegisto placuit) ipsũ de
um immortalẽ omnium factorẽ & gubernatorẽ cognoscere, Finis aũt pieta
tis ut cognitus deus adoretur, Æquitas est non ea quam Tullius in recte iudi
cando æqualitatem uocat, sed omnibus æqualẽ se prębere, cui contraria est
superbia, quæ est omnibus se maiorẽ existimare, Monet æquitas ut nullus
altero uelit esse superior, nã quia indifferenter omnibus pater est deus, omẽs
pariter germani sumus ex eodem' germine christo inquã renati, ubi ista duo
non fuerint ibi iusticia esse nõ potest. Potest etiam recto iudicio rursus aliter
intelligi, ita ut recto interpretur, i. sano ueroq; iudicio. Sunt enim pleriq; mor
talium qui propter opes, clientelas, affinitates, seruitia, sodalitates, hospitia,
& propter alia huiusmodi fortunæ bona se beatos existiment. Sed hi omẽs
recto veroq; iudicio procul dubio priuati sunt, Nam si intelligerẽt nos haud
alia causa erecto uultu a summo rerum artifice cõpositos esse, nisi ut quę su
pra sunt contẽplaremur, & quæ sursum sunt saperemus, non se tot erroribus
impedirent, tot stulticijs obruerent, tot denicq; tenebris confunderent, Non
sunt hi fœlices appellandi, licet Midæ opes possideant, quia recto carẽt iudi
cio, nec reddũt unicuiq; quod suũ est, bonos floccipendunt, sacra non curãt,
deum obliuiscuntur. In talibus uita eorum uersatur, ut hereditates uel iure
capiant, uel iniuria pupillos expellant, pauperes crucient. Laborant ambiti
onis morbo aliud in ore sonat, aliud in pectore clausũ latet, amicitias & ini
micitias non ex re (ut Crispus inquit) sed ex commodo sibi habent. Hi sunt
quibus antiqui clamitant uates. Gens antiqua atq; peruersa, heccine sunt quę

deo reddis populę ſtulte & inſipiens? Et alibi, Statuerunt oculos ſuos in terram declinare. Sed hæc de mundanis dicta ſunt. Quid uero de his dicam, qui quũ ſe ipſos regere neſciũt religiõis antiſtites fieri uolũt, ut nõ ſolũ ſuas, ſed etiam aliorũ animas perditũ eant, His aduertenda Claudiani ſententia, Tũc omnia inquã iura tenebis quũ poteris rex eſſe tui, Primo igitur ſibi moderentur, deinde ſi libebit alĩs pręſint, Stantes in angulis facienda pręcipiũt quæ nec ipſi pcipientes faciunt, Quis hoc prauũ eſſe iudicium nõ dicat? Nõ eſt igitur in illis (ut prædictũ eſt) uita beata, quę ſine recto iudicio ſtare non poteſt, ADRI. Recte mi pater ſentis, & huic quod dicis illud carmẽ Naſonis poetæ conuenit. Pronaq; quũ ſpectent animantia cętera terram, Os homini ſublime dedit cœlũq; uidere, Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere uultus, Quo fit ut damnandus ſit ille Socrates qui ſolus Apollinis oraculo iudicatus eſt ſapiens. Hoc em̃ erat ei? prouerbiũ, Quod ſupra nos nihil ad nos, Cuius etiã Lactãtius facit mentionẽ ſi recte memini, Sed ut ad p̃dicta reuertamur locũ illum de iuſticia manifeſtius enucleã, ubi dictum eſt nõ eſſe ſine æquitate iuſticiam, & æquitatẽ eſſe ſe omnibus æqualẽ reddere, Dic quęſo nonnne ſeruos & ancillas noſtri pontifices habent, quibus non modo non æquales, nec ſolum ut ſeruo dominus ſolet eſſe ſuperior ſed ut ſemidei reputant? non ſũt igitur pontifices iuſti? GIGO. Abſit hoc facinus a noſtra religione fili, ut in p̃poſitis eius iuſticia non ſit. Sed quũ nuper illud Lactantij contra gentes luculentiſſimum opus haberẽ in manibus, reperi q; huic quæſtioni tuæ poſſit aptiſſime reſponderi, Ait em̃ ſeruos nobis eſſe qui quidẽ tenuiores & aſperiores corporis cultus habent q̃ domini, q̃d aũt ad animam pertinet eadẽ cura ſtudio & induſtria gubernantur. Nam quũ homo cõſtet ex duobus, ex corpore ſcilicet & anima, quę inuicẽ contrariant, q̃m illud terrenum, hęc cœleſtis, illud mortale, hæc uero immortalis. Et iccirco non facile eſt utriſq; poſſe ſatisfacere. Corpus amat conuiuia ſomnos & confabulationes Anima vero contra uult ieiunia, uigilias & orationes. Q̃m igitur (ut dixi) non põt utriſq; ſatisfieri, uiſum eſt, vtrum horum dignius ſit, ut primo ei pareamus, deinde ſi poſſimus & alteri, Compertũ eſt igitur animam corpori præferendã eſſe, quo fit ut ſeruorum animabus pontifices noſtri non minorẽ ac proprĩs diligentiam adhibeant, Q; aũt ipſi ornatiores & politiores incedant, non ideo faciũt q; membra ſua iudicent eſſe p̃cioſiora, ſed ut dignitates & officia quæ gerunt a ſeruorum conditione uideant eſſe differentia, ADRI. Non opibus ſed uirtutibus præfecti debent excellere, GIGO. Quod magis neceſſarium eſt prius inueſtigari debet, quę aũt magis ornamento ſunt q̃ utilitati, poſt ea ſi poſſint acquirant. Oportet ut pontifices ſint uirtute prædiți, primũ igitur uirtus adipiſcatur. Non abſurdum eſt põtifices tm̃ habere diuitiarũ quantũ uictui modico ſufficiebat. Et q̃m hæc ornamenta diuitiarũ neceſſaria oĩno non ſunt, non primo ſed ſecundo loco quærantur, ita q; nec propter ea uirtutes euaneſcãt, Quis eſt qui neſciat æquum eſſe, ut a diſcipulis p̃ceptor nedũ uirtute diſcernatur, uerum etiã grauiori quodam & honeſtiori habitus privilegio? partim quia diſcipulo maior præceptor, partim quia modeſta corporis ornamenta non paruo adiumento uirtutibus animi ſunt ad temperandam grauitatem, ut uulgaris tumultus ac cupiditas reprimi poſſit ac gubernari, Non eſt igitur dicendũ iniquos eſſe pontifices q; ſplendidiores habeãt ueſtes, nam ipſa æquitas non extrinſecus circa corpus, ſed intrinſecus in animo ſedem ſuam habet, Et q̃m animi cogitationes ſoli deo manifeſtę ſunt, ipſi ſoli de æquitate iudicium relinquendũ eſt. ADRI. Omnia ad uiuũ reſecaſti, ita ut oĩs a me ſecluſa ſit dubitatio, q̃d eueniſſe puto nõ ſolum quia ſic ſe res habeat, ſed etiam quia elimato & quadranti ſermone qui tibi & ab arte & a natura conceſſus eſt hæc omnia diſſeruiſti, Ornata em̃ politaq; oratione ueritas ipſa potentius in auditorũ animos influit, GIGO. Vidimus hactenus quid eſſet uita beata, quæ poſita eſt iuſticia, iuſticia em̃ omnes alias uirtutes tanq̃ filias ſuo genio concludit, Nũc uidendũ puto quibus gradibus ad ipſã iuſticiam aſcẽdatur, ADRI. Miro diſcendi ardore feruco, expecto quid dicas, GIGO. Tria ſunt quæ connexa & ſimul conglutinata ad uitam beatam plurimũ conferunt, diuiſa uero & ſeparata parum adiuuãt, Sunt aũt hęc ut nominatim dicam pudicitia contemptus & iuſticia, Et unaquęq; iſtarũ uirtutum non propter ſe ſed propter aliam quæritur, Primo pudicitia flagitatur ut contemptus mundi ſequatur, nam mundus ab his facilius contemni poterit qui coniugali uinculo ſoluti ſunt. Nam poſtq̃ carnalibus illecebris ceperunt oblectari & in ſentinam uitiorum corruerunt perditi ſunt, & penitus deſperandũ eſt de ſalute eorum, niſi miſericordi diuinæ potentiæ digito ſubluati fuerint. Quęritur item cõtemptus mũdi ut iuſticia reperiatur, repertaq; fruamur quæ difficile conſpici poteſt, qui ſe negocĩs ſecularibus inuoluunt Nam coniugis & liberorum cura & ipſa res familiaris a recto iudicio mentes hominũ reuocant, Pauci tamen recte uiuere incipiunt, ſed tamen ni diligenter caueant (uitĩs blandiẽtibus) a recto calle deuiant. Primo igitur quibuſdam contractis pactiſq; legitimis opes quęrunt, at ubi guſtarũt q; bona ſit negociatio in uſũras pauliſper incidunt, deinde furtim aliena rapere, pupillos ſpoliare & proximos nõ abſtinẽt, Poſtq̃ aũt in eis incalluit hęc cõſuetudo furtis & ſacrilegĩs (modo lateant) minime parcunt, ſic malum malo traditur, Hęc omnia in tm̃ uſum cõuerſa ſunt, ut non pro uitĩs (ut ſunt) ſed pro uirtutibus in mundo nunc habeantur, & ſi quis talium rerũ fuerit expers, tãq; ignauus ab oĩ populo repellitur, Quare ſatyricus noſter Aquinas merito cõqueritur, Aude aliquid breuibus gyaris & carcere dignum, Si uis eſſe aliquid probitas laudatur & alget, Diuitię procul dubio ſunt humani generis exitium, nec ſinũt iuſticiam in noſtris regnare pectoribus. Quæ res miníme Perſium latuit, inquit enim Q; ſi doloſi ſpes refulſerit nummi coruos poetas & poetridas picas Cãtare credas pegaſium melos, Adde q; talis eſt opũ natura, ut nunq̃ ſatis eſſe uideantur, quod uitium romanis antiquis Ouidius uerſibus his obĵcit, Creuerunt & opes & opum furioſa cupido, Et quũ poſſideant plurima plura petunt, O diuitiarum ſacra fames, cur non mortalia pe

ctoꝛa regis? propter te quotiens uiolata eſt iuſticia? propter te Sycheus trun catur a fratre. Dido patitur exilium. Polydorus membratim ſecatur, Recte Theban⁹ Crates ſuas opes in cecũ pelag⁹ abecit merſitq; illas, ne mergeret ab illis, Hæc igitur e mentibus noſtris extirpari oportet, & tanq; in domum ſuam introducenda eſt iuſticia, ubi ſuas poſſit figere radices, & fructus affer re mirificos, ADRI. Nõne fuiſſet ſatius ſi diuitias quas Thebanus ille philo ſophus in mari demerſit, pauperibus tribuiſſet? GIGO. Fuiſſet utiq; melius ſed forte metuebat & ſi pauperibus dediſſet, illis accidiſſet quod ipſe fugie bat, ADRIA. Et forſitan hoc illi in mentem uenerat, ſed quoniam circa illa quę ſuperius commemoraui, omnem rem uerſari perpẽdo, quomodo unũ quodq; illorum aſſequi poſſimus audire deſidero, Et dabis ueniam, ſi quę di cis tardius apprehendo, quum ſim a teneris Mantuę nutritus, ubi hoc uitiũ a denſioris cœli qualitate contraxi, GIGO. Tu cum Cicerone ſentis, ut e dictis tuis perpẽdo, Refert em̃ (ni male memini) thebanos fuiſſe ingenio ping uiores, Athenienſes uero perſpicaciores & acutiores extitiſſe, Iccirco quia craſſus aer & pinguis erat thebis, Athenis uero rarior & ſubtilior appare bat, Sed hæc omittamus, quod nunc inſtat agamus

DE CASTITATE

Caſtitatem ſeptem modis aſſequi poterimus, firmo inquã propoſito, mo dico cibo, exercitio continuo, raro bonoq; colloquio & conſuetudine, ſenſu um continẽtia, premñ futuri p̃meditatiõe, auxilio diuino. Septẽ hęc arbitrio noſtro percurramus, dicemuſq; non tam eloquenter q̃ ſapienter, nam ſemp magis ſtudui ſapiens fieri q̃ eloquens, qui enim facunde dicunt ſuauiter, qui ſapienter utiliter audiuntur, Sed primum modum arripiamus.

DE FIRMO PROPOSITO

Si quis quod facturus eſt prudenter agere uoluerit, circa quod faciẽdum eſt, tria conſiderabit, An illud inquã quod uoluit honeſtũ ſit an turpe, utile aut inutile, delectabile an nõ delectabile, Si res fuerit tm̃modo delectabilis ita q̃ honeſtate omni atq; utilitate ſit priuata, hæc omnino fugienda eſt. In q̃ genere ſunt laſciui cantus & cythararum ſtrepitus, qui infirmas iuuenũ men tes alliciunt. Sũt etiam in hoc genere ſaltationes & choreę & om̃es corporis illecebræ. Si uero res fuerit delectabilis & honeſta apud omnes nationes nõ laudo, honeſtas em̃ non una eſt apud om̃es, ſed quod apud aliquos honeſtũ uidebitur apud nos erit turpe, uerbi gratia apud Epicurũ honeſtum erit mi ſceri cum uxoribus, & corporeas neceſſitates in propatulo & coram omni populo facere. Si quis igit̃ apud hoïes huiuſmodi fuerit, uti hac honeſtate nõ debebit. Si uero tale honeſtũ erit ut fidei chriſtianę non deroget, cõcedendũ eſt quẽadmodũ eſt uxorẽ ducere, talibus ſe ueſtibus ornare, ut nõ ſolũ utili tati corporeę, ſed etiã honeſto cuidã decori nõ luxurioſo cõſulãt. Si uero hęc tria ſimul in aliquo reperiãtur, ita ut ſit & delectabile & honeſtũ & utile ad huc eſt cogitãdum, cuius nam ſit illa utilitas, an corporis & an animę, an utri uſq; Si tm̃ corporis, turpe quidem erit chriſtiano ſi fecerit. Si animæ toto co

natu totis uiribus implendum eſt, In quo genere ſunt ieiunia, abſtinẽtiæ, pro fide mortem obire & martyrio coronari. Si utriuſq; cauendum eſt ne plus corpori q̃ animæ tribuatur, ut in temperatis cibis ſumendis, qui ſi (ut dixi) temperati ſint corpori proſunt & animæ, uidendum itaq; eſt ne minimum id quidem plus corpori detur q̃ animæ. Si res illa fuerit corpori cõtraria, ani mę uero utilis, faciendum eſt ut appetitus obediat rationi, & Saluſtianũ illud aduertendum, Animi imperio corporis ſeruitio magis utimur, Poſtquam igitur quid ſit faciendum cognoueris, opus eſt ut non differas, non ambigas non heſites, ſed toto mentis amplexu uiriliter animoſeq; ſuſcipias, At recor deris illius quod ait Comicus. Dum in dubio eſt animus paulo momẽto uel huc uel illuc compellitur, Quoniam igitur caſtitas ſecum fert utilitatem & honeſtatem unuſquiſq; ſuo proponat fortiter in animo caſtitatem obſerua re, quod qui fecerit ad alios gradus aſcendere facilius poterit.

DE MODICO CIBO

Sicut cibus immoderate ſumptus deteſtandam ſuſcitat uenerẽ, ſic mode ratus puriſſimam tuetur caſtitatem, Sed in hoc maxima pars mortalium fal litur, qui dum ignorant quid ſit abſtinentia, omne eſculentũ (prẽter carnes) ſibi conducere putant, nec animaduertunt q; in herbis etiam quibuſdam ue nenum lateat, ut in eruca, quę quia calidiſſimæ naturæ eſt uenerẽ reuocat. In leguminibus etiam luxurioſe conditis titillatio carnis abſcondita eſt, quo fit ut quidã uir ſapiens nuper diceret, eum qui uellet cœnobĩ curã gerere philo ſophiam naturalẽ (quã phyſicã græci nominant) ignorare minime debere. Sunt em̃ plęriq; cibi qui in uſum quotidianũ ueniunt, a quibus niſi ſpiritualis miles ſe diligenter abſtinuerit carnis intolerabile certamen experiet̃, Quare noſter Hierony. & doctrina & rerum uſu ſapiẽtiſſimus dicere ſolebat, nullũ cibũ caſtitatẽ curantibus eſſe utiliorẽ q̃ olera palladis liquore perfuſa, & eo quidẽ modico. Item piſces (niſi minutiſſimos) prohibebat. Quod iſti neſci unt, uel ſi ſciunt (q̃d grauius eſt) aſpernant̃, qui cœnare neſciũt, niſi uel oſtręas uel timalũ uel aliq̃d hmõi animal habuerint, Atq; utinã hmõi hoïes quo ingluuiẽ ſuam ſatiare poſſent, prope littora Ganſis habitarent, in quo (ut So linus teſtis eſt) tantæ quantitatis anguillę naſcunt̃, ut ad pedum tricenorum proceritatem accedant, Sed de his quæ hactenus dixi melius conſulendi ſũt medici, ne uideamur partes illorũ ſurripere, Ego hoc infero (Hiero. auctori tate fretus) parcum cibũ triduano ieiunio præferendũ, nec licere cuiq; cali diſſimis cibis uti, niſi uel infirmitate uel longo ſenio cõfectus ſit, ADRI. Nũc tẽpus eſt quandã q̃ſtionẽ ſoluere quæ nõ ſolũ me, ſed etiã plęroſq; alios dubi tare non parũ ſæpe coegit. GI. Vaticinor quid ſit quod uis dicere, ADRIA. Nec miror, eſt em̃ famoſa quæſtio. GI. Tu tamẽ dic, homo ſum, & falli & de cipi poſſum, ADRI. Qua intentione quo fine hęc oĩa deus immortalis fecit ſi hoïbus ueſci nõ licet an ut pereant? GI. Nõ fecit hęc deus ut peant, nec qcq̃ in mundo ita perit, ut ad nihilum redigat̃, ſed formam mutat, Corpora no ſtra non pereunt, ſed in ea elementa ex quibus conſtabant reſoluuntur.

Sūt etiā qui dicūt medullas nostras quū sepulti iacemus animari, & in anguem conuerti, quę res & si fortassis uera non sit, mihi tamen uidetur esse ueri similis, nam sicut per serpentē inter homines mors nata est, non absurdum erit si dicatur hominis morte serpentē nasci, nihil igitur (ut p̄dixim⁹) oīno perit, cuius sententiæ auctor est pythagoras, quam noster Ouidius duobus uersibus eleganter expressit, Ait em̄. Nil perit in toto quicq̄ (mihi credite) mundo, Sed uariat faciemq; nouat nasciq; uocat. Nec frustra deus hanc dē sissimam uariarum rerum syluam fabricauit, sed fecit (quantum comprehendere possum) tribus potissimū causis, ut potentiam inquam suam exprimeret, ut ingenia nostra in ocio torpere non sineret, ut postremo infirmitati nostræ subueniret, Et ut ad primum reuertar, quis inter homines tam solertis ingenij reperitur ut alterum mūdum fabricare posset? Quis zeuxis? quis Apelles? quis Phidias (ut de pictoribus loquar) tam uiuacem colorem & in herbis & in floribus imprimere posset? Quis possit hominē opus admirabile cœlestis spiritus capax formare? At ut altius ascendam cœlum deum exornatum tot syderibus pictum mirabili⁹ solis lumine prædituⁿ cōponere? Atq; hęc omnia deus ipse fecit, ADRIA. Nonne memorię traditum Archimenidem siculum in aere mundum formasse, & per syderū motus uarias anni uices dispositisse? Prętereā nonne referunt etiam Prometheū fecisse hominē? non igitur tam mirum est si deus hæc egerit quę potuerunt & aliqui facere, GIGO. Est aliquid q̄ dicis, sed age iterum ruminemus, Dicis Archimenidē fecisse mundū putas ne fecerit nebulas? putas ne æstatē, putas ne solstitia & æquinoctia posuerit? Fatuū est ea credere, q̄ si fecisset, hoc deerat q̄ nō erat tam capax q̄ iste quē uidemus, Q. aūt dicis Prometheum fecisse hominem si sane intelligeres non hæc diceres, fabula est non historia, quæ tamē aliqd ueri intrinsecus habet, Aiūt em̄ q̄ Prometheus fecerit hominē, quia prim⁹ fuit qui statuas fabricauit sicut etiam dicunt Cecropē fuisse biformem, quia primus fuit q̄ marē & fœminā matrimonio copularet. Fecit igit̄ hęc immortalis deus ut ea nos cōtēplaremur, eorūq; arti ut nostrā imbecillitatē & inertiam cognoscentes humiliaremur, ut per humilitatē eo scanderemus, vnde propter superbiam ceciderunt angeli, Vides tot animantia diuersarum formarum diuersis & coloribus & uirtutibus ornata? Vides anni tēpora q̄ prudenter disposita sint? Primo uer nouū sic dictum q̄ tunc reuirescant oīa, et ut Maro noster inquit, Et tunc omnis ager tunc omnis parturit arbos, Tunc frondent syluæ tunc formosissimus annus. Primo ueri succedit æstas q̄ pręcipue charitatis exemplū prę se ferens fœtus omnes quos uer parturierat suscipit educandos, a qua si quid imperfectum relictū fuerit, superueniens autūnus ad unguē perficit, & manum summā imponit, tūc agricola quicquid sperando telluri crediderat, cum centeno fœnore colligit, Et q̄m deus immortalis aduertebat annum gignendo educando & maturando iam esse defessū, quietum tempus & uacuum laboribus adiecit quod uocāt hyemē, ADRI. Quare factum est ut tres anni partes in sudoribus, unā tm̄ in quiete posuerit

deus? GI. Placet q̄ mihi in memoriā reduxisti. Diffusus labor succincta qes strenuū delectant militē, Si humanę naturæ frrgilitas pateret, nunq̄ esset labore cessandum, hominibus inquam, Oportet em̄ ut hoc miserabile corpus q̄d animam nostram assidue prouocat ad libidinem, assidue suscitet ad laborem, quēadmodum pater sanctissimus Macharius solebat, qui dū silenti habitaret in eremo, magnā arenę molē humeris huc illuc ferebat, & interrogatus q̄d totiens hoc faceret, se uexare a q̄ uexabat (ipse hypodiastole) respondit, Sed hęc hactenus de diuina potentia dicta sunt, in his paulo longior sum q̄m & uita beata de qua nunc agit minime aliena. Deinceps de secunda causa dicat, Nosti animas nostras intelligentia & ratione prędditas, Sunt itaq; animæ his uirtutib⁹ armatæ, tanq̄ milites processuri ad bellum, Sed q̄m nescio quid turpissimū est in ocio proiecta uirt⁹, & ut uanum est quenq̄ armari nisi sit cum hoste pugnaturus, sic procul dubio superfluum uideret & uanū animas nostras ratione muniri nisi sortiantur aduersariū, cui uiriliter suū reluctādo queant robur explicare, & uires suas exercitio firmare, Voluit igitur ut nobis hostes essent lucanica, tucetum, sumen. omentum & alia q̄ plurima quorum nomina norunt hi qui luxuriæ et uentri dediti sunt, Et eam legē posuit quæ solet inter hostes obseruari, ut qui uictus inquam fuerit uictori subiiciatur, & qui uicerit imperaret, Si corpus animam uicerit, uictā secū trahet ad infernum, si uicerit anima corpus secum ad cœlestia subtrahit, Post hac de tertia causa agatur. Et summus & optimus deus non solum animarū nostrarum uerum etiam corporum curā gerit, quę q̄m uoluit diuersis languoribus esse subiecta, quibus ut solet aurum in igne purgarent, ne forte deficerent in herbis & lapidibus abstrusit medicamenta, quæ iccirco uoluit occultari, quia sciebat se rationē omniū acutissimā indagatricem nobis tribuisse ADRI. Quid opus est ut corporib⁹ nostris adhibeamus medicamina? oīa anteq̄ fiant deus prænouit. Et quia ipse falli non potest, oportet ut eueniant sicut ipse præuidit, si ergo deus præuidit me ex hac infirmitate moriturum siue medicum accersiri faciā siue non, quia ut prædixi falli non potest, ut moriar necesse est, GI. Ne uidemur in aliam materiam transilisse, q̄stioni huic respondēdū est. Quanq̄ deus a principio cognouerit utrum ego in indoctū uel ignarum uirum euasurus sim, non tamen debeo præceptorem spernere Nam deus sciuit me doctum futurum si studijs operam dedissem, & futurū ignarum si literas aspernarer, nouit deus ea conditione posse te sanari si utaris consilio & opera medicorum, & de similibus idem est iudicium, ADRI. Oīa prudenter eleganter & scite disputasti, & nihil intactum reliquisti fateor quæ dicis uera esse. Tu ex animo meo rubiginem quandam ignorātiæ detersisti, sed si placet de continuo exercitio dicere, aggrediamur quod superius tertio loco constitueras de continuo exercitio, GI. Hieronymus in eo libello qui de modo uiuendi in monasterijs inscribitur, dicit omnis immunditię atq; peccati matrem esse ociositatem, q̄d quia uerum est, sequitur oīs munditiæ atq; meriti matrem esse exercitationem, contrariorū em̄ cōtrarij

sunt effectus, Non aũt omne exercitium est laudabile, sed solum illud q̃d his duabus differẽtijs limitatũ sit, assiduitate scili. & honestate, Assiduũ oportet esse q̃a necesse est ut q̃d semp oppugnaꝛ, semp q̃q defendaꝛ, ꝓpter ea mens nostra in cõtinuo motu persistit, & oportet ut semper aliquid & inquirat & excogiter, siue id bonum sit siue malum, quũ etiam memini me uidisse homines qui quidem quę nesciebant in somnis didicerunt, & tenaci memoria retinuerunt, unde nec dormientium quiescunt animę, Igitur si quid honesti exercebimus, circa id honestum uersabit̃ anima. Si uero in ocio marcescemus (quoniã sumus a natura in malũ procliuiores) cogitationes impudicæ latenter subintrant, quas nisi confestim remoueamus, miserã strangulant animã heu me miserum quę iactura? Si uero fortiter animosq̃ repellamus, tandẽ per illam cœlestem hierusalẽ (imperatoris more) uictores coronati triumphantes incedemus, tunc omnes cœlicolæ astantes dicent. Hęc est quę mortalia spernens acquisiuit immortalia diem festum agamus, & fratris nostri natalitia hodie lætantes celebremus, O patria beata uel patria cœlestis ex hac sentina malorum ad te suspiramus, ex hoc remotissimo littore procul aspicientes uix te discernere possumus. Erit ne unq̃ dies illa dies exultationis & lætitię, qua nobis qui iam curriculum præsentis uitę trãsegimus, & qui in studio certaminis ualuas aperiens a tristicia ad gaudium, ab odio ad amorem a morte ad uitã uocare dignaberis, Sed de his alias, Oportet ut exercitium (præter illa quę diximus) sit honestũ, quo fit ut Pentachium uituperem, sub quo ludorum species quattuor assignant̃, Iactus inquã disci, cursus, iaculatio & luctatio. Non iubeo ut quis in publicũ procedens exutis uestibus & correpto grandi silice tota die frustra desudet, non ut celeritate pedũ currendo certet, nõ ut scorpsones aut arcus manu gestãs Alchonem studeat imitari, qui quũ uideret filium suũ a serpente necari, correpta sagitta & oppositio genu tetendit arcum percussitq̃ serpentẽ, nec filium tetigit, quãuis cum serpente mixtus esset et inuolutus. Hęc studia non multum laudo, ADRI. Quid de agricultura sentis? GIGO. Agricultura iudicio meo dignissima est & honestissima, non tñ graui rastro terrã fodere & in agris uomere sulcos & porcos inducere omnino iubeo, sed hortulũ seminare, ulmo uitem coniũgere, arbores inserere, i. ex syluestri domesticas facere, & propagines sepelire quis non laudet? In his delectet̃ qui uult uitã beatã ducere, Nec doleat q̃ filios coadiutores non habeat, qm̃ ut Guido nostri tpis grauissimus phũs dicere cõsueuit incognita beatitudo est liberorum priuatio, Legat hos qui de agricultura scripserunt & Catonẽ & Virgiliũ, & græcos si linguã nouerit & Hesiodũ & Democritũ. Sciatq̃ quẽadmodũ Cato primus in ea arte scripsit apud nos, & apud græcos Hesiodus, noritq̃ Osirim, uel (ut alĩ uolunt) triptolemum primũ boues ad aratra iunxisse, & stercorisandi artẽ primo a Sterculo q̃dã repertã, cui Picus Romæ templũ constituit, nõnulli tñ fuisse Saturnũ uolũt Discat etiam primus qui uitẽ plantauerit uinũq̃ collegerit fuisse nõ Bacchũ quendam ut perhibent, sed Noe ut testamentũ uetus asserit, & Lactãtius ap

probat. Si hæc omnia cognouerit maiorem animi uoluptatem sentiet, nec pudebit eum terrã colere, de qua tot præclara uirorum ingenia scripserunt, Sed exercitiũ partẽ optimã omisimus, nihil enim de studio literarum diximus, q̃ nihil melius excogitari potest, Studeat itaq̃ beatæ uitæ diligens inquisitor optimam sibi bibliothecã comparare, sacros gentilesq̃ libros in ea recõdat. Est em̃) ut Augu. in eo libro qui de christiana doctrina inscribiũ dicit) sciẽtia secularis nõ solum nobis utilissima, uerũ etiam necessaria propter tropos & figuras quibus sacræ plenæ sunt historię. Sanctorum philosophorũq̃ uitam lectiter, & inquirat quę nam fuerit illorum de uita beata sententia. Studeatq̃ maxime platonicos (qm̃ plurima recte sentiunt) imitari. Philosophię morali fiat familiaris, quę trifariam diuiditur in politicã, œconomicam & monasticam, Volumina tria M. T. Cice. quę de officijs scripsit semper in manibus habeat, & studeat q̃ legerit imitari. Legat historias, auctores nouerit omnes quicq̃d legerit tenaci memoria teneat, Et qm̃ ut p̃dixi opus est ut bibliothecam habeat, discat qui fuerint antiquorum qui maximã librorũ habuerunt copiam, & eorũ æmulus efficiatur, ADRI. Sed qui fuerunt qui maximã librorum habuerunt copiam? GIGO. Pisistratus Athenienſiũ tyrannus primus apud græcos bibliothecam condidit, quã Xerxes incensis athenis uexit in persas, longo post tempore Seleucus nicanor in græciam reduxit, postea magnus Alexander ad comparandos libros animũ intẽdit, & Philadelphꝰ Pisistrati æmulus non solum gentiles, sed etiã diuinas literas uoluit. Huius tẽporibus fuerunt in Alexandria lxx. interp̃tes, qui (ut Augu. in eo libro qui de doctrina christi inscribitur dicit) testamentũ uetus ita interpretati sũt, ut singuli in singulis cellis recluſi essent & cõpleto opere factũ est ut in cuiusq̃ interpretatione non solum idẽ sensus, sed etiam eadẽ uerba & eodem ordine posita reperta sint, ADRI. Res audita mirabilis equidẽ credo cælestẽ spiritũ mentibus eorũ insedisse, GI. Tecũ sentio, Qui primus librorũ copiã Romã uexerit Paulus emilius fuit, deuicto Perse Macedonũ rege, Postea Lucullus e pontica preda, Et post hos Iulius Cæsar Romanorũ primus imperator sũmę bibliothecę cõstituendæ M. Varoni, puincia dedit, Primus aũt Pollio bibliothecas & græcas & latinas romæ publicauit, addens auctorũ imagines Et ut de christianis dicã, Pãphilus martyr cuius uitã scripsit Eusebius cæsariensis in bibliotheca sua triginta uoluminũ millia collocauit, Dixi superius q̃ uelit in hoc exercitio ꝑfari debere q̃ diximus agnoscere, qm̃ et hisce ad studium accẽdit̃ animus, & studet æmulari, & id ad aliq̃d p̃clarũ excitat̃, ADRI. At omnes habere bibliothecas non possunt, GIGO. Fateor, sed habentibus studeant adhærere, & omne tempus quod in comparãdis libris dandũ erat id omne in assidua lectione cõsumant, sic docti, sic illustres euadent, sic denicq̃ mens nostra in his liberalibus studijs occupata uia regia gradietur, nec ad dextrã nec ad sinistram declinabit. ADRI. Tetigisti quod iamdiu multum dubitaui, quid est uia regia & dextra sinistra procedere? GIGO. Virtutes semper in medio constituuntur, uitia uero dextra & sinistra locantur.

Media uia regia dicitur, qm̃ is demũ se regere nouit qui uia media perambulat. Vt autẽ q̃d dicimus clarius elucescat exemplũ subiũciam, Vitium est nunc̃ ridere nunc̃ hilarem uultum depromere, & qui huiusmodi fuerit, rusticũ nominabo, rusticitas igitur pro uitio reputatur, Qui semp rideat semperc̃ lasciuiat, scurrã appellabo, quẽ uitic̃ non laudo, qm̃ uitiũ est. Quod uero medium istorũ est, aliq̃n mediocriter ridere amicis & hospitibus lætã faciẽ exhibere, dignũ laude iudico, quã rẽ q̃ sciuerit obseruare comis noiabit, ipsa aũt uirtus comitas. Sic igit̃ constitui poterũt ut logicos imitamur.

Dextra	Via regio	Sinistra
Rusticitas	Comitas	Scurrilitas
Iracundia	Ira	Segnicies

Vides ne qualiter uia regia gradiendũ sit, ut de scurrilitate diximus, sic pariter de iracundia fas erit dicere. ADRI. Habeo quę dicis, & recte quidẽ dixisti necessarium esse castitatẽ curantibus exercitiũ, nam primo græci, postea romani pudicitiã colentes dixerunt Dianã quæ castitati prẽerat, & nemora & saltus assiduis uenationibus agitare, & corpus suũ ut noster Paulus in seruitutẽ redigere, Aduertebant em̃ neminẽ (ut prędiximus) sine membrorũ exercitatione posse diu illesam custodire uirginitatẽ, Sed si placet iam de raro colloquio quod quarto loco positum est dicatur

DE TACITVRNITATE

GIGO. Oportet oĩno ut qui uelit esse cast⁹ casto sermone studeat uti, sermo autẽ noster castus erit, si raro, honeste & cũ bonis habeat. Raro dixi, qm̃ difficilimũ est linguã lubricã ita gubernare quin si diu loquuti simus, uerbũ aliq̃d imprudenter excidat, ex quo aliq̃d inhonestũ oriat in animo, & paulatim surrepat, et altius figat radices ut difficile possit amoueri. Sed hoc magis periculo q̃ ratione cognosci potest, non sufficit ut sit sermo breuis, nisi fuerit honestate p̃ditus. Vñ Paulus noster inquit. Corrũpũt bonos mores colloqa praua. Quod tñ est a græco poeta translatũ. Legimus nõnullos e nostris, q ut silentium discerent & loqui dediscerent, ore clauso triennio lapidem gestauisse. ADRI. Miram constantiã hominũ narras, GI. Si hæc tantopere miraris, quid de Socrate dices, qui ea constantia fuisse dicit̃ ut perdius & pnox a summo lucis ortu alterum orientẽ solẽ in eisdẽ uestigijs immobilis & oculis in eundẽ locũ semper defixis cogitabũdus staret, quasi quodam mẽtis decessu facto a corpore? Nihil est tam difficile quin facile fiat ubi pigra & iners uoluntas abfuerit. Debet nõ solum sermo noster breuis & honestus esse, sed etiam cum bonis haberi, uera em̃ prophetę sententia. Cũ sancto sanctus eris & cũ peruerso peruerteris. Cauenda est oĩno malorum consuetudo, et in aliquẽ locum semotũ a turbis hoĩm secedendũ, & in sanctorũ fratrũ conuentu bene beatec̃ uiuendũ est, ubi oĩbus q̃ ad dei seruitutẽ pertinent diligenter exactis, possit reliquum tempus in studijs quæ prędixim⁹ occupari, ADRI. Ergo solitudinẽ uituperas? In qua primo patres nostri Helias, s. Heliseus nec non Ioannes, cui Baptista græcũ cognomen est. habitauerunt, GI. Nequaq̃

eremum uitupero, in qua dum Plinius secundus esset, dicebat se nihil audire q̃d audiuisse, nihil uidere q̃d uidisse pœnituisset, uerũ paulo periculosiorẽ esse affirmo, & nisi perfectis uiris appetẽdã, nã si sis solus uelisc̃ quic̃q̃ turpe facere neminẽ uereberis, si ceciderit non est qui te subleuet. In cœnobio aũt & quem uerearis, & qui tibi sit adiumento ne cadas, & qui denic̃ subleuet, si ceciderit semp̃ habere poteris, vñ Hiero. uere beatę uitæ cõpos, dicere solebat, funiculũ triplicẽ tardius rumpi, ADRI. Habes ne de gentiliũ historijs quic̃q̃ q̃d proposito nostro de silentio congruat? GI. Habeo multa q̃ narrare posse m, sed præclarũ istud Xenocratis in primis habeo. Is cũ forte semel in multitudine iuuenum esset, quitas aliorũ moresc̃ carperent solus tacebat, nec uerbũ quidẽ expressit, & perconctanti cuidã cur tam diu taceret? Rñdit se pœnituisse aliq̃n dixisse, tacuisse uero nunq̃. Iste uero cũ nostris (de quib⁹ supra mentionem feci) rite cõcordat, q iccirco taciturnitatẽ tãto studio obseruabant, qa intelligebant & cœlũ sine castitate, & castitatẽ sine silentio cõparari non posse. Hi em̃ q̃ recta intelligentia gubernabant, hi pfecto habiti sunt digni q cœlũ colerent, qa mundi alo omi terrena labe reperti sũt. Imponendus igit̃ ori nostri quidam modus ne quic̃q̃ pluſq̃ sit necesse loquamur.

DE CONTINENTIA SENSVVM

Castitatis firmissimũ munimẽ est, exteriores cohibere sensus. Nam quicqd oculi uident, quicqd aures capiunt, quicqd manus cæteric̃ sensus accipiũt, confestim cordi tanq̃ omnium principi nunciant, in q̃ omnis nostra reposita salus, quare propheta deprecabatur dicens. Auerte oculos ne uideant uanitatem. Timebat em̃ ne si oculi aliqd uani conspexissent & intrinsecus attulissent, mens ipsa macularet, quã decet esse niue candidiorẽ. Et qa quinc̃ sũt sensus, longum esset unumquẽc̃ tractare, sed quęcunq̃ de uno horum dicẽt, eadem de cæteris dici intelligat, quicqd de uisu tactuc̃ dicemus, de auditu pariter & odore & sapore percipias, Conuenit igitur uisum auditum & tactum & cæteros prudenter & cũ uirtute gubernari, qui nobis a deo concessi sunt, ut diuina audiamus & uideamus, & ut uisa & audita in secessu mentis arcano reponam⁹, & sepositã nõ tãq̃ mortua teneamus, sed ut diligẽter operemur, & si forte quẽ uideris ignorantẽ, debebis eum docere q̃ sciueris. Nã ut inquit Augusti. Si noueris aliqd nec uelis id alicui monstrare, nondũ cognoscis q̃ pacto cognoscendum est, Nihil audiendum est nisi q̃d iustum & sanctum sit, & immortalis dei laudẽ resonet, Non adhibẽdę sunt aures quibusdam assentationum lenocinijs, q̃bus maxime solent capi homines, dum se tm̃modo extrinsecus ingrunt, & dum magis aliorum uerbis q̃ sibimetipis de se credunt. Si aũt contigerit hoc pacto laudari, carmen illud Horatii memoria tencamus, Nec te decipiãt animi sub uulpe latentes, Et item illud Catulli. Nos alio mentes alio conuertimus aures, Sed q̃d de odore dicam cũ etiã in satyr. Iuuena. delicatus & odoribus plenus iuuenis a meretrice reprehendat ait enim illa. Vnde hæc spirant opobalsama collo. Dic age nec pudeat domi num monstrare tabernæ, De tactu loquar nescio, non em̃ potest præ magni

tudine sceleris enarrari necꝙ quicq̃ est q̃d magis animam coinquinet & inficiat, Nota est Architæ tarentini sententia. dicebat em̃ nihil fœdius, nihil periculosius mẽtibus humanis a natura datum q̃ uoluptatẽ, Hinc rei p. subuersiones, hinc tacita cum hoste collogia, & omnia praua consilia profluere non mentiebat. Sunt igitur sensus omnes præcipua cura coercendi, per q̃s tanq̃ per fenestras ascendit mors ad animam, Nec præclarum illud Sophoclis exemplum silẽtio prętereundũ puto, q̃ sciscitatus a q̃dam an uenere uteret, Dij meliora uelint inquit, libenter em̃ ist inc tanq̃ ab aliqua furiosa dominatione semper fugi, sed hic sapienter respondit. Xenocrates uero sapientius egit, nãdum propter continẽtiam sensuũ apud oms admirabilis esset, eius discipuli tentare uoluerunt, si talem in animo continentiã haberet qualẽ monstrabat extrinsecus. Facto itaq̃ splendido cõuiuio et præceptorẽ suum conuocarũt, nec alia causa nisi ut rationis eius uires largis suauioribusq̃ perorationibus opprimerẽt, q̃d ubi factum putauerant, in lecto strato molliter eum collocabant, moxq̃ phianim scortum nobile in cubile introduxerunt, & solus cum sola relinquit. Oratio fœdissimę libidinis nobile propugnaculum, tunc quid tua possit uirtus explicasti. Percipite adolescentes audite iuuenes aures adhibete uiri & senes rationis expertesq̃. Vir multo uino madidus in mollib⁹ plumis cum meretrice iacet, remotis om̃ibus arbitris carnis incendia stimulant. Sed quia cognoscebat nihil peius, nihil turpius, & nihil q̃d ab immortali deo grauius puniat, nequa q̃ flectit instar scopuli q̃ inter fluctus natura funditur, & undarum frequentium collisione vapulat, nec mouet, inconcussus mansit & immobilis, ADRI. Miræ uirtutis hominem narrasti, q̃ ea constantia mihi fuisse uidet, quæ etiam in martyre posset admirari, GIGO. Potest etiam Periclis exemplum prædictis adiungi. Qui Sophoclæ collegæ suo poetæ tragico ingenui pueri prętereuntis formam laudãti increpans dixit, hominis manus non solũ a pecunijs lucro, sed etiam a libidinoso oculos aspectu continentes esse debere, Quid tibi Spurinam cõmemorem? qui nõ solum sensus continuit, sed etiam ne forma sua posset alicui sensus imprudẽter gubernanti nocere prouidit. Dum em̃ intelligeret eximiũ decorem suũ tãq̃ libidinis irritamentum multis obesse, correpto cultro nares. labia. supercilia mẽtum genasq̃ recidit, qui quia paganus & gentilis erat, maiore admiratione prosequẽdus est. Studeamus igitur forti inuictoq̃ animi robore sensus nostros sic cõtinere, ut per eos nil nisi quod nobis immortalis uitæ spem repromittat exerceamus. Veniendum nunc est ad premij futuri considerationẽ

DE PREMII FVTVRI CONSIderatione.

Equidem fili Adriane libidinis continentia non parum laboris & sudoris præ se ferre uidetur, præsertim in adolescente, quã rẽ animaduertens ille rerũ cõditor immortalis deus magnitudinem laboris copiosa mercede pensauit, Sed quo grauior est labor, tanto maius est premium, Fortiori militi, & q̃ periculosiora in belli feruore pertulerit, præcipuo q̃dam præter cæteros coro-

næ premio donari consueuit, Tanta sunt premia quæ uirginitati debentur ut si pro eis acquirendis quisq̃ nostrum sub Ætnæ specu ardentissimo Nestoris annos, & ætatem Sibyllæ duplicatam uixisset, nondum tantillam partẽ meruisset. Quo nam precio sedes immortalis omnis expers mœroris & tristiciæ omni plena iucunditate, omni priuata caligine, omi referta lumine cõparari posset? In qua iam factus immortalis fabricatorem mundi huius qui quadam mirabili prouidentia gubernatur posses assiduo contemplari, Sed foret satius nihil q̃ pauca de cœlestibus loqui, quorum minimam portiuncula Paulus agnoscens uociferabat. Quis separabit nos a charitate dei? gladius an fames? an omnia quæ possunt excogitari tormenta? O Paule quid si perfecte integreꝙ ea cognouisses pro quibus crucem Petrus, uiolentã pellis detractionem Bartholomęus, lapidum seuissimos ictus Stephanus, & alij innumerabiles perpessi sunt? portaturi etiam pro patria cœlesti maiora & grauiora, si potuissent. Tanta sunt igitur uirginitatis premia futura, quanta ex prędictis comprehendere potuisti, sed quid inquam comprehendere potuisti, quum nostra cognitio tanti non sit ut ad contemplandũ minimum q̃d illorum se possit erigere? Audi quæso quãta sint ea quæ nec ipsi qui uiderũt exprimere possunt, Aurelius Augu. in se totus contractus forte semel cogitabat, quæ nam essent cœlestia gaudia, ut posset mandare literis, & prodesse ueniturę posteritati, & dum arctius mentis neruos collegisset in unum, ecce repente fugatis tenebris (erat enim tunc mediæ noctis cõticinium) mirabile lumen emicuit. Mirantiq̃ Augustino & quærẽti quis nam esset, se Hieronymum esse respondit, qui paulo ante corporis ergastulo solutus ad patriam migrauerat, & hæc uerba adiecit. Ante Augustine totũ pelagus paruo uasculo concludes, ante orbem terrarum pugillo comprehendes, q̃ possis cœlestium gaudiorum minimum quid inuestigare, nisi ut ego nunc, sic & tu olim periculum feceris & mox ex oculis emanuit. Et ut etiam de paganis mentionem faciam, nonne q̃ plurimi eorum ut immortales fierent sponte sibi manum intulerunt? Nonne Zeno, Cleantes, Chrysippus & Cato se proprijs manib⁹ necauerunt, ut in cœlum migrarent? Præterea nonne Empedocles in ardentissimum ætnę specum intempesta nocte se proiecit, ut citius transiret ad superos? Quia si tanta erat in illis beatę uitę cupiditas ut nec uitæ suæ parcerẽt quanto magis nos ipsi ut eam assequamur breues quasdã delectationes effugiamus, & corpora nostra studijs asperioribus consuefaciemus, ut possimus omne certamen sustinere uiriliter

DE DIVINO AVXILIO

His habitis, poterimus integram seruare integritatem si tantum res una superaddita fuerit, hoc est diuinum auxilium, necꝙ enim quicq̃ nisi deo propicio recte fieri potest, quod ipse dum adhuc in terris uitam ageret, testatus est his uerbis, Sine me nihil facere potestis, Quoniam rerum deo tribuẽdus est honor, sed hoc auxilium facilime consequetur, qui cætera quæ prædixi (firmo proposito retinuerit. Nec mos iste diuini auxilij inuocandi

apud nos solum obseruatur, sed etiam ueteres græcorũ latinorumq; poetæ tenuerunt, vnde semper in librorum exordijs numinis alicuius fauorem implorant, quo cætera possint commodius adimplere, Orandus est itaq; deus, ut nobis sit auxilio, qđ facile impetrabimus, si orõi nostrę cõditiones duas addiderimus, ieiuniũ scilicet & eleemosynas, et hæc duo cũ humilitate cõdiuerimus, ADRI. Est ne (ut aiunt) tam robustę uirtutis humilitas? GI. Nemo est qui nesciat dæmonis superbiam nostra humilitate superari. Meminerũt sacræ litterę, q; dum Macharius apud paludem quandã solus obambularet humani generis inimicum curua falce armatũ alonge uenientem prospexit & cum falce sibi minitantẽ, quum iam accessisset ut propius aspiceret, nec tamen obesse potuisset, cur hoc accideret interrogauit. Cui ille furibũdus, sola inquit humilitas in te est homũcule, q̃ te hodie fato subtraxit sed caues non impune feres. Videsne quo pacto uicerit demonis superbiã? Item memorię proditũ est, q; dum Antonius solitudinis incola supra se mente raptus esset, orbem terrarũ cõnexis inuicem intricatisq; laqueis plenũ uidit, qua de re dolens humanam miseriam (ut sui moris erat) grauiter ingemiscẽs, tractis ex imo pectore suspirijs. Heu heu inquit pater omipotens, quis tot laqueos euadere poterit? Et ecce uox ab incerto auctore prolata, non tamen humana, sic semel intonuit humilitas, nec amplius q̃ semel audita est, ac si manifeste significaret solã humilitatẽ posse huius mundi laqueos & insidias effugere. Quæ cum ita sit, studebimus ei familiares fieri, Sed de castitate disputasse iã satis uideor, reliquum est ut ad contemptũ mundi stilũ conuertamus, quod equidem breuiter expediam, quoniã iacto iam castitatis fundamento quasi sua sponte mundi contemptus consequit. Mundi contemptũ (si memini) supra commemoraui, non solũ esse utilem ad acquirendam quę a nobis quæritur iustitiam, sed etiam necessariũ, ita ut sine eo nihil fieri possit late probauimus, Nunc quomodo posset inueniri succincte dicendũ est. Eũ igitur obtinebim⁹ si tria diligenter nobis intellecta fuerint. s, instabilitas, insatiabilitas & sollici-

DE INSTABILITATE DIVITIARVM (tudo

De diuitiarũ instabilitate multa dicere uelle superuacaneum uidetur, quũ non modo antiquis & ueteribus, sed etiam quotidianis & domesticis exemplis abundemus, Nemo est qui nesciat uulgatam illã sentẽtiam. Fortuna nil cuiq; donat, sed mutuo dat ut possit idẽ cum libuerit iterum auferre, sed nos dementes quũ diu possidemus quod fuerit nobis mutuo datũ in proprium usum conuertimus, nobisq; usurpamus, quod ubi fortuna animaduerterit, grauiter ferens quod dederat adimit, alijsq; largitur, & quanto nobis indulgentior fuerat, tãto molestior efficit. Fortunam em̃ dicebant ueteres cuncta gubernare, & eius nutu cuncta disponi, & iccirco pingentes eam simulacro eius regimen attribuebant copiamq; adiungebant, quoniã ipsa esse putabat quę fruges omnes parturiret, & ut ipsis uidebat distribuebat. Sed nos fortunam nescientes, quicquid fieri uidemus ab immortali deo fieri putemus. Sed ut dicimus non permanent hęc bona quæ subito affluunt. & subito dilabunt

nec stabilitatem habent, quę nec bona appellanda Tullius estimat. Nouerat hoc Seneca poeta tragicus quod ipse testatur in Thyeste dicens. Quẽ dies uidit fugiẽs superbum hunc dies uidit ueniens iacentẽ. Quot reges, q̃t principes, quot etiam priuatę uitę homines uidemus, qui auro argento signis tabulis cæterisq; operibus abundant, & paulo post seuiẽte fortuna nihil horũ habentes aspicimus? Vides ne quot græcorũ olim potentissimi principes, nũc ab infestissimo turcorũ duce propulsi, sedibus incertis uictum uestitũq; mendicantes euagentur? qui si a principio uitæ diuitiarũ instabilitatẽ cognouissent, eis hoc non accidisset, nam nec in fragilibus bonis spem ullam posuissent, nec se in superbiam pueriliter erexissent, sed prædecessorẽ suũ sapientem illum Biantẽ studuissent imitari. Cuius cum patriã cepissent hostes, cęteris q; ita fugerent ut multa de suis rebus secum asportarent, quũ esset monit⁹ a quodam ut idem & ipse faceret, ego inquit omia mea mecum porto, Nec non Marcum Curium romanorũ ducem, qui quũ uidisset ad se uenisse Samnitum legatos auri magnũ pondus afferentes, subridens dixit, Ite & samnitibus nunciate Marcum Curiũ malle diuitibus imperare q̃ fieri locupletem Non ignorabat em̃ q̃ uana sit diuitiarũ possessio, qđ etiam Epicurus qui summum bonum in uoluptate ponebat facile confitebatur, Non est igitur huiusmodi bonis fides adhibenda nec patiendũ nobis q̃tidie tã turpiter illudi,

DE INSATIABILITATE DIVITIARVM

Dic quæso? audisti ne unquã mortaliũ quenq̃ qui sibi satis diuitiarũ diceret esse? ADRI. Audiui quidem qui hoc diceret, qui uero sic putarent nemi nem uidi. GIGO. Rectius inquis, nam sæpius aliter q̃ sentiunt loquuntur, nec mirũ est, si nequit anim⁹ istis saturari, quũ nec finitis impleri possint infinita, quod uel maxime illo exemplo probari potest. Alexander Philippi Macedonis filius quũ audiuisset ex auctoritate Democriti philosophi plures esse mũdos, heu me inquit miserũ, q; nec uno adhuc potitus sum, Qui si nec toto mundo satiebatur, qđ amplius erat appetendũ, nisi cum cœlicolis noua mouere certamina? Quare satyrici nostri uerissimo carmine concludendũ est Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit,

DE SOLICITVDINE DIVITIARVM

Existimabant nonnulli ueterum summã libertatẽ esse diuitijs abundare, & eum demũ liberũ esse putabant, qui posset uno anno romanorũ exercitũ pascere, Ego uero huiusmodi hominẽ non modo nõ liberũ dixerim, sed nec libertati uicinũ. Sunt em̃ in opibus anxiæ solicitudines, quæ ante tempus senectutẽ adducunt, & animũ nostrũ sic afficiũt ut sui ipsius obliuiscat, & a recti certiq; iudicij cognitione recedat, Audisti ne unq; Senecam clamantem? Venenũ in auro sumi, non aũt in uasis fictilibus, & reges sui lateris ensem timere, Audisti ne prophetam dicentẽ. Diuitię si affluant nolite cor apponere Audisti ne p̃terea qđ passim recitari solet exemplũ. Aiunt em̃ quendã regẽ dum sibi oblatũ a populo diadema uideret priusq; sumeret diu cõsyderasse ac demum dixisse. O nobilem magis q; fœlicẽ pannũ quẽ si quis agnoscat q̃

multis anguſtijs & ſolicitudinibus refertus ſit, nec humi quidē iacētem tole-
ret. Sed ut tibi de modernis aliquid loquar uir erat Florentiæ p̄diues eque-
ſtris ordinis, apud cuius ædes cerdo quidā exercēdę ſutrinæ gratia, paruulā
ſcenam ex contextis tabulis erexerat. Q uū is igitur nihil aliud haberet præ
ter quod labore q̄tidiano ſic quęritabat, & nunq̄ niſi læto animo & ſerena fa
cie uideretur, p̄diues ille cuius ſupra memini ſatis admirari non poterat. Tē
tari itaq; uoluit eſſet ne uerū q̄d ſępius audiuerat, diuitias ſcilicet ſolicitudinē
parere, ſumptūq; graue pondus auri intempeſta nocte per feneſtrā in cubi-
culum eius tacite proiecit. Mane aūt ſurgens cerdo, proiectū aurū curarū ra
dicem reperit, q̄d ubi cognouit paupertatem ſuam, miſeratū dominū æſti-
mans repente corripuit, cepitq; dubia mente uerſari quid potiſſimū ex hoc
faciendū eſſet, neſciebat em̄ an celādum, an alicui ex amicis aperiendū eſſet
Si tacuiſſet, dicebat nō poſſe quicq̄ ſine conſilio recte miniſtrari, ſi uero dix
iſſet timebat ne forte aliqua arte ſibi ſurriperetur, Hinc profundæ cogitatio
nis, hinc curarū immēſus cumulus exortus. tandē quid faciat neſcit, triſti uul
tu, coniecto ſupcilio & ægro animo cogitabundus raro procedebat in pub
licum. Quare compertū eſt in diuitijs eſſe triſticiā, mœrorem, anguſtias &
ſolicitudines innumerabiles. Quo fit ut auſim dicere illas tanq̄ malū proijci
endas, q̄ facilius ad iuſticiam pertingere poſſimus. Et de his hactenus.

Poſtq̄ duos gradus aſcendimus pudicitiā ſcilicet & mundi contemptum
tandem ad ipſam iuſticiam deueniemus, in qua ego uitam beatam colloco,
Nihil em̄ eſt aliud beate uiuere (ut Marco Tullio placet) niſi recte uiuere, in
quo nihil deeſt ad beate uiuendum, Et quoniā quid ſit ipſa iuſticia ſuperius
ſatis liquide monſtrauimus, honeſtiſſimę uoluntati tuæ ſatiſfeciſſe me puto,
ADRI. Profecto ita abunde mihi ſatiſfactum eſt, ut uidere uidear ipſam ui
tam beatam manu contingere, nec deſpero quin ad eam peruenire poſſim.
Sed tamen reſtat adhuc unum, quod intactum nequaq̄ prēteriri debet. Sūt
plæriq; qui exiſtiment ſacras literas quia inculte ſunt paruifaciendas, & præ
cipue hi qui aliquid eloquentiæ guſtauerūt, & quia quicquid diximus in eis
radicitus fixum eſt, non alienum uidebitur ſi paulo ulterius progreſſi fueri-
mus, & aliqua firmiſſima fidei noſtrę adiumenta numerauerimus, Poſt hęc
non inconueniens erit, ſi quædam quæ ex p̄dictis concepi dubia paulo ac-
curatius enucleaueris. Sed quia iam medio curſu tranſacto præcipiti curru
ſol uergit ad oceanum, rogo te pater ut dummodo dilucide q̄ breuius fieri
poſſit dicas, GIGO. Dicis eſſe plæroſq; qui ſacras literas dicant floccipendē
das, quia ſunt ſimpliciter & ſine ulla facundia prolatæ. Primo igitur diuinæ
legis ſimplicitas damnanda non eſt, ſic exprimi omnino debuit, partim quia
per ſe uerax eſt, nec indiget aliquo fuco orationis ad probandum (Res em̄
ueritate prædita ſimpliciter enuncianda eſt, res uero ficta quædam figmen
ta & colores poſtulat, quibus ueriſimilis appareat) partim quia illa quę ſunt
in communi neceſſaria, communi ſunt ſermone dicenda, unde cautum eſt ut
ſyngrapha q̄bus rei citant in iudiciū cōmuni ſermone ſcribāt, ut poſſint etiā

ab indoctis ſaltem ſub nube intellīgi. Scribuntur etiam eo ſtilo cauſæ & cæte
ra quæ in foro iudiciali tractantur. Q̄z uero dicis eſſe ſine facundia prolatas
non plane aſſentior huic ſententiæ, quare duplicē eſſe facūdiam uolo. uerbo
rum ſcilicet & ſententiarum, Iuuenum ſcilicet & ſenum, Iuuentutis ſcilicet et
maturę ætatis. Iuuenū facundia in quo uerſatur niſi in quibuſdam politis &
cultis dictionibus? quę nihil aliud in ſe habent niſi uentoſum tumorem & re
ſonantiā, quæ ſolet imperitorum aures demulcere. Hac eloquentia nonnulli
hac tempeſtate (qui ſi non ſunt omnino boni, uidētur tamē) frequentius utū
tur, & imperiti uulgi in ſe ora conuertunt. De quorum facundia lepidiſſimū
illud Auguſtini dici poſſet. Hęc ſiliqua intra dulce tectorū ſonantes lapillos
quatit. Sequuntur hanc noſtri eneruati poetę, & iſtius temporis ſemiorato-
res, Nihil aliud eſt hęc quā prædixi facundia niſi nauis in medio pelagi con
ſtituta priuata regimine, niſi corpus ſine anima, niſi organū auro argentoq;
celatum ſine animante ſpiritu, & denicq; nihil aliud q̄z equus ſeſſoris impati
ens freno om̄icq; uinculo expeditus. Quo fit ut nullis unq̄ utilitati fuerit, no-
cumento aūt plæriſq;. Altera uero facundia ſententiarū graui maturoq; paſ
ſu graditur, quę ſapientia uocatur, eam qui ſapiens dicitur habet. Hæc nihil
effatur niſi quod prius excuſſū ponderatū cribratum & acie mentis exami-
natum ſit. Hęc ſi quid dicit quod cuicq; diſpliceat, nil tamen quod noceat, tan
toq; ſapientior eſt, quanto non fauorem populi, ſed uerum rectumq; ſequat.
Hęc ſine prima plurimū, prima uero ſine hac nihil om̄ino poteſt, hęc animę,
illa corporis uicem gerit, hęc animas, illa animatū. Sicut igitur poteſt anima
ſine adminiculo corporis uiuere, ſic etiā iſta, quam uoco ſapientiā ſine facun
dia uires ſuas explicare poteſt, Fuit igitur in ſanctarū literarū auctorib⁹ hęc
eloquētia p̄cipue, ſed nec om̄ino prima defuit, quā non multo ſudore & la
bore quēadmodū alterā quęſierunt, ſed tanq̄ ultro ſe offerentē, & ſponte ſua
ſequentē acceperunt. Hęc eſt illa facundia qua uſi ſunt apud grecos philoſo
phorū principes Plato, Theophraſtus, Ariſtoteles & pleriq; alīq; more ora
toris mallebant eſſe ſapientes q̄z uideri, Q̄z igit̄ dicunt ſermōes noſtros eſſe
ſimplices, cōcedemus quidē p̄imos parentes noſtros ſic loquutos fuiſſe, q̄ſi
fundamentū iacientes. Si uero aduerterimus quid ſup illo ędificatū ſit, inue
niemus parietes auro argentoq; celatos, Primo itaq; apoſtolos ſilentio prēte
riens tanq̄ om̄ibus cognitos de grecis chriſtianis mentionē faciam, Fuit Ori
genes qui Celſio, Methodius Euſebius & Apollinaris qui Porphyrio hęreti
co reſpōderūt. Origenes octo libris. Methodius decē millib⁹ uerſuū, Euſebi⁹
quinq; & uiginti, Apollinaris triginta uoluminibus, Quadratus apoſtolor⁹
diſcipul⁹ Atheniēſis eccleſię pōtifex, Adriano principi Eleuſinę ſacra uiſēti
librū pro noſtra religione tradidit, cui tāta inerat iucūditas ſermoniſq; feſti-
uitas, ut illius excellens ingeniū (ſicut Hiero. affirmat) grauiſſimā imperato
ris perſequutionē extingueret, Eidē Adriano doctiſſimus phūs Ariſto. pro
chriſtianis tradidit Apologeticum, Quid tibi Iuſtinum militonem Sardeñ
ſem epiſcopum Apollinarem Hieroſolymitanę eccleſię presbyterum?

Quid Dionysium Corinthiorū episcopū, qui scripsit quibus philosophorū sentētijs descēderit hęresis Origenis? Quid denicq; tibi Pāthenū cōmemorē qui ob p̄cipuā doctrinā p̄dicatur? ad Indię philosophos missus est? Adiūgā etiā Clementē, Milciadē Iuliū Africanū. Theodorū, Dionysiū Alexādrinū episcopū. Anatholium, Pamphilū. Lucianū. Malchionē. Eusebiū cæsariensē episcopum. Eustathiū, Athanasiū, magnū Basilium & infinitos alios lōgum esset numerare. Veniā ad latinos, Tertullianus apologeticū scripsit, Minutius fœlix contra mathematicos. Arnobius septem libros contra gentes & eius discipulus Lactantius totidē contra gentes. Edidit etiā de ira dei, de opificio diuino libellos duos necnon & epistolarū carminūcq; uolumina plurima, Item Victorinus, Cyprianus, Boetius & Hilarius qui scripsit librū cōtra Diascoridē medicū, Iuuencus super imperatore Cōstantino saluatoris historiam uersibus explicauit. Quid uero Ambrosius, Augustinus. Gregori? & Hieronymus fecerunt in omniū manibus est. Isti omēs gręci pariter & latini quos hactenus numeraūimus, ita sapientiā cum eloquētia inuexerunt, ut eorum scripta legendo quid inter eos & Tulliū & Demosthenē intersit discernere nescias. Nec mireris si superius dixerim facundiā fugiendā esse, nūc uero dicam & in nostris eam fuisse. Sic em̄ capiendū est ut facundia sine gubernatrice sapientia uana sit, sapientiæ uero copula non sit aspernanda, Vñ M. T. Cicero romani eloquij princeps ad Herennīū inquit. Non parum fructus in se habere copiam dicendi & commoditatē orationis, si recta intelligētia & definita animi moderatione gubernet, Quo fit etiā ut Quintilianus oratorem definiens, dixerit oportere eum esse uirū bonū dicendi peritū. Primo uult esse in oratore bonitatē, qm̄ quæ magis sunt necessaria in primis sunt inuestiganda. Et ut paulo audacius loquar, si quis uir bonus fuerit, q̄uis ea tam exquisita dicendi peritia caret, modo impetret quid uult, oratorē noīabo, nam finis oratoris est ad persuasionē dicere, Prēterea nō minus uictor appellabit qui uicerit hostem, si ferreis armis usus est q̄ si aureis munit? fuisset, nec ianua minus aperta dicetur, quę claue ferrea q̄ quæ argētea fuerit patefacta, nec minus uictor appellabitur equus macilētus q̄ pinguis & obesus qui mō ante alios metam tetigerit. Habet igitur christiana fides ueteris nouicq; testamenti oratores excellentissimos, quibus armata non dubitat cum gentilīū ætate certare, ADRI. Habeo quæ dicis & miror q; hæc omia tam bretti tācq; dilucido uerborū ambitu disserueris & gaudeo, quia q̄d nesciebam didici, Sed quū superius de uita beata disputaremus, unū mihi restitit de quo nunc a te certior fieri uellem, possit ne inquā uita beata in diuitijs reperiri? & si forte possit, in quib? potius an in pauperibus an in diuitibus? GI. Hęc sane beatitudo inter omnes homines tam pauperes quam diuites inueniri potest, Deus em̄ uult omnes fieri beatos, diues qui multis affluit diuitijs fiet beatus, si fortunarum suarū non solū possessorē, sed etiā se cognoscet esse dispensatorem familiarem integre sanctecq; gubernet, nec plus nec minus q; cuiusq; necessitas postulat efficiens, sed præter cætera pauperū non obliuiscatur, q̄bus

si quis in uita subuenerit qui sibi subueniat dum mortuus fuerit non indigēbit, sic per foramē acus om̄i onere reciso camelus intrare poterit, si gracilem politum & expeditū se reddiderit, Sed hæc uia quia laboriosa minus quidē trita est, pauciq; in numero diuitum reperiri solent qui possent ad beatitudinem peruenire. Igitur paupertas est potior, quod facile concedes, si quid in ea illa mali, & quid in hac boni sit ostenderimus. Magna rerum copia, magnus curarum aceruus, diuitię non sine magno sudore acquirūt, aliq̄n dū quę runtur amittūtur, nōnunq̄ possessores suos secum trahunt ad interitū. Nec longe exempla petamus, quotidiana sufficiunt. Nauigāt oceanum mare, nauigant Hellespōtum, in patriam reuersi hereditatē ab affinibus defraudatā, matrimoniū uel pollutū uel suspectū, liberorū uitam uel prauā uel adhuc in dubio positam, rura rusticorū inculta uel sterilia uel om̄ino male culta reperiunt, indignant, irascūtur, furiunt, & tamē ut solitam grauitatē inter amicos obtineant, graues animi motus difficili patientia reprimūt. Interueniunt necessariorum & affinium repentinę mortes, lugubri ueste tegūtur, & dū inter dum mira lætitia redundent, opus est q; mœrorem simulēt, Accidit ut principibus suspecti sint, quo fit ut uel penitus excidant uel saltem retrorsum cedant, nōnunq̄ exultantes errant, & tanto grauius aduersam sortē gerūt, quāto mollius ante uixerāt. Sed sufficiat de multis pauca numerasse, quis posset in tot molestijs quieto animo uiuere? hæc mihi nunc̄ uita placuit. At pauper remoto se custodit in angulo, non coniugis, non liberorum curā, nō regū tas aūt principum graue odium, non agrorū aut uillarum sterilitatē formidat nec inuida est, nec inuidiosa, non exilium, non carcerem, non uenenū timet, & ab om̄i tumultu secluſa tranquillo fruitur ocio. Hæc est illa beatitudo quā Diogenes regum delitijs prætulit, qui dum in radice montis sederet ad solē interrogāti Alexandro, qui uirtutē eius crebro rumore compulsus aduenerat, ut si quid uellet peteret, id in primis uelle respondit, ne a sole sibi obstaret Recte ille, si fidelis & fidei gratiam habuisset beatus diceretur. Sed quid Horatius Flaccus senserit quæso animaduerte, sic scribit ad Lolium. Non possidentē multa uocaueris Recte beatū rectius occupat Nomen beati, qui deorum Muneribus sapienter uti. Duracq; callet pauperiem pati, Peius quæ lęto flagicium putat, Et alibi. Eradenda cupidinis per prauæ sunt alimenta & teneręnitus Mentes asperibus Formandę sunt studijs, Nonne Tibullus q̄uis poeta lasciuus inquit? Ne mea paupertas uitæ traducat inerti, Dum meus assiduo luceat igne focus. Nonne Iuuenalis quamuis paganus talia loquat? Cantabit uacuus coram latrone uiator, Omittenda igitur sunt hæc omnia, & præclara uirtute pectus muniendum, opes em̄ magis oneri sunt quā usui, Taliter igitur quisq; uiuat, ut qualis uideri uelit talis sit, sic em̄ cito ad gloriā peruenirī Socrates putat. Offert se nobis Demetrius imitatione dignus, cui? pater quū tot opibus abūdaret, ut Xerxis Persarum regis pascere posset exercitum, paucula summa retenta cætera rei publicæ remisit, studuitcq; Athenis diu incognitus, Sed quid ego paupertatem laudare pergo, quū in ea bea

titudinē ineſſe & Anaxagoræ philoſophi ſententia,& oraculo delphico cō
pertum ſit? Anaxagoras enim interrogatus quæ nam eſſet in hoc mundo ui
ta beata.Nemo inquit inter eos quos tu fœlices ſed potius inter eos quos mi
ſeros exiſtimas beatus inuenietur.Nam non ille eſt diuitijs aut honoribus af
fluens,ſed aut non ambitioſę doctrinæ, aut parui ruris cultor,& in ſecreto q̄
in publico beatior.Giges lydiæ rex præter omnes ditiſſimus Apollinem cō
ſuluit,eſſet ne alter ſe beatior, Cui reſponſum eſt Aglanum quendam ſenio
confectum Arcadū pauperrimum,tenui paupertate contentum beatiorem
eſſe,A noſtris taceo qua ſit laudata paupertas,quū pater omnium deus eam
p̄ter cęteras v̄tutes mirificecoluerit.Nō em̄ habebat ubi reclinaret.Quo fit
ut diuites magis videantur,pauperes uero magis ſunt q̄ ideanť beati, tan
toq; beatiores ſunt quanto ignobiliores & deſpectiores habentur,ADRI.
At paupertate ſtudium impeditur,GIGO.Quid attinet? quaſi non poſſim⁹
ſine ſtudio eſſe beati.Plurimos tamen memini me legiſſe,qui in ultima cala
mitate conſtituti ad ſummum litera;um culmen euaſerunt,Flaccus liberti
no patre natus,Virgilius figulum & inopem ſortitus eſt parētem,Pythago
ras ex infinita ſeruili conditione clarum lumē emicuit,primus omnium qui
philoſophus appellat⁹ eſt.Proptrerea dicebat numerum imparem deo cha
riorem,quaſi iam trinitatem diuinaret.Sed quid pauperius Codro? Cuius
diuitiæ erāt ſex fictiles urceoli,& cuius diuina carmina rodebāt mures.Cle
antem Chryſippi diſcipulum ſileo,qui tanta miſeria oppreſſus,ut poſtquam
tota die ſtudijs operam dediſſet,uictus quærendi gratia noctem quā in hau
riē diſaquis cōſumebat,idq; aſſidue factitabat,nec potuit paupertas obſiſte
re quin doctus euaderet,ADRI.Cur fit ut tā pauci beate uiuāt? GI.Hoc du
abus ex cauſis ſolet euenire primo fidei defectu,Quis eſt tam uecors & men
tis tam impotens,ut ſe ad anfractum uitiorū reflectat,ſi quę bene uenientib⁹
promiſſa ſunt uera putauerit? Quare Auguſtinū dicere ſolitum accepimus
actiones fide metiri.Secūdo quia (ut Lactātius teſtatur) uirtus amaritudine
miſcetur,uitia ſunt dulcedine linita,illa offenſi hac decepti per uitiorū p̄cipi
tia ferunť,Et tria ſunt p̄cipue quę nos in omne ſcelus p̄cipites agunt,eſt inq̄
cupiditas,libido & ira.Cupiditas diuitias inquirit contra quā paupertatem
poſui.Libido ſitit uoluptates,cui reſiſtit cōtinentia quā p̄dixi,Ira quæritat
ultionem,cui oppoſuimus humilitatem & iuſticiā.Et idcirco ueteres poetæ
propter hæc capitalia uitia tres furias eſſe dixerunt, Atq; hæc addidi, quia
duo ſunt ſapientiæ gradus,ſcilicet bona cognoſcere ut teneātur,& mala pa
riter ut fugiantur.ADRI.Iam mihi abunde ſatiſfactum eſt,reliquū eſt ut ad
partē ultimam ediſſeras,ſi qui inquā ſint hac noſtra tēpeſtate qui beatā uitā
uiuāt,ut ſermo noſter ſimul cum die finiat.GIGO.Magnū eſt & in explica
bile quod ſcire laboras,nam beatitudo noſtra circa interiora uerſatur. Et
quis poteſt occultas alieni cordis latebras uiſu penetrare? Sed ne te fame de
ficere permittā,quod intelligere uideor aperibo,Qui p̄cepta legis obſer
uant ea conditione ut nihil omittendū faciant,& nihil faciendum omittant,

Beati uiuere nuncupantur.Et quicunq; a mundi perturbationibus fugiūt,ut
collecta mente deo ſeruiant p̄cepta ſeruare uidebuntur.Huius aūt uitę ſūt
qui ab eremo eremitæ,& a cœnobio cœnobitę dicunť,Illi primi Baptiſtam
iſti uero xij. ſapientes imitātur.Illorum ſylueſtris,horum domeſtica eſt uita
Cenobitarū multitudo in quattuor tribus diſtribuitur,Prima carmelitarū,
ſecunda illorū qui uulgo dicunť eremitæ,tertia p̄dicatorū,quarta uero mi
norum,Prima Heliam,ſecunda Auguſtinū,tertia Dominicū,quarta Fran
ciſcū habet auctorē.ADRI.Qui ſunt quos tu ſupius duodecim ſapientes ap
pellaſti? GI.Si olim græci ſeptem uiros ſapientia p̄ditos ſeptem ſapientes
nominabant.Quis apoſtolos ſapientię noſtrę fundatores duodecim ſapien
tes nuncupare nos prohibebit? ADRI.Q̄m nos in carmelitarum tribu nu
meramur,dic quæ noſtra fuerit origo? GIGO.

DE ORIGINE CARMELITARVM

Inter Armeniā & Euphratem iacet Syria,cuius pars eſt regio quā Paleſti
nam dicunt,cui India quoq; ſubiacet a Iuda quodā Iſraelis filio (ut Trogus
Pompeius auctor eſt) ſic appellata,In q̄ edio iudææ tanq; umbilicus poſita
ſedet hieruſalē,a qua non longo interuallo diſtare perhibetur mons quidā
non minus iucundus q̄ amenus,cui nomen eſt Carmelo,in quē q̄m gratiſſi
mam p̄ſtat incolis habitationē,& quia ab omni hoīm ſtrepitu paulo ſemo
tior eſt,nonnulli e circūſtantibus urbibus antiquitus ſecedebant,ut omnem
uitæ curriculū optimo ſummoq; deo prudenter ſapienterq; dicarent, & hi
quidē prophetarū diſcipuli dicebāť.Appellabanť em̄ olim prophetę qui ſci
rent multo ante futura p̄dicere,quos modo nos a uaticinando uates appella
mus,inter quos Helias p̄ter cæteros emicuit,fuit em̄ prophetarū primus q̄ſe
matrimonio cōtineret.Is in p̄dicti montis radicibus ſibi ſtruxit habitaculū,
q; non ſolū paupertatē,uerū etiā mirabilē p̄ſe ferebat habitantis humilita
tē.Erat etiā ibidē locus in amphiteatri modū extructus,cellulis ſeriatim poſi
tis,& in uiuo ſaxo uel arte uel natura conatis undiq; circūſeptus. In ſummo
aūt montis uertice procul aſpicientibus ſuperba ſe mōſtrabat habitatio, ad
quā gradibus hinc illinc q; ex monte exciſis paulo laborioſius aſcendiť,Non
nulli ex noſtris mare nauigātes,& montē omnē & rura uiana cū freto & flu
minibus in tabellis pinxerūt,pictaq; ad noſtras oras aduexerūt,quæ dū nō
nunq̄ cōtemplor,uideor mihi in illis rupiū cauernis noſtris uiuere patribus,
Hic itaq; uixit Helias qui poſtq̄ igneo curru raptus terris.Heliſeus eius diſci
pulus non ſolū loci,ſed etiā uirtutis eius remanſit dignißimus hęres,Creſcen
te paulatim multitudine non platonicorū,non peripateticorū,ſed ſanctorū
hominū noua ſecta conſtituitur.Appropinquante interim nouiſſimo ſeculo
dei filius genus humanū reformaturus,ſub utili ſpecie deſcendit in terras,
quā rem audientes Carmeli montis incolæ (erat em̄ pene per totū mundum
fama diffuſa) maximas immortali deo gratias egerunt,q̄m quē tanto tpe
expectauerant tandē miſiſſet,nam diuino ſpiritu p̄moniti Chriſtū ſemel uē
turū certo ſciebant.Pluribus annis euolutis baſilicā ut potuerūt humilē con

ſtruxerunt,& magni ſaluatoris matri dedicauerũt,Iam em̃ ipſa e terris ſublata cœleſtem migrauerat ad patriã,& unanimes ei diuinos tenues tñ q̃tidie reddebant honores,reddituri tñ maiores ſi potuiſſent.magis pie q̃ magnifice colebant.Iam mutata erat in baptiſmũ circumciſio,Et ecce magno armorum impetu barbari prorũpẽtes e hieruſalẽ om̃ia uicina loca ferro flãmaq; uaſtauerũt,& plurimi carmelitarũ gladijs ceſi ſunt,pauci uero qui tãtę cladi ſurpfuerũt nauib⁹ euecti in gallias uenerũt,qui procedẽte tpe ſeu ꝓpter loci mutationẽ ſeu ꝓpter malor⁹ cõſuetudinẽ (ut fit) ceperũt paululũ lãgueſcere inter q̃s Thomas quidẽ gall⁹ qui priſtinũ feruorẽ adhuc in pectore fouebat cũ paucis in italiã ſe contulit,Sic em̃ deo uiſũ eſt, ut ea regio q̃ cæteris omni munere p̃ſtat,hoc etiã uiror⁹ habeat ornamẽtũ,Turpe nãq; quũ res ulla tm̃ uno indiget ad perfectionẽ id non addere(ſi poſſis) ut perfecta ſit. Verũ nõ ſolum italię,ſed etiã uiro ſancto deus ipſi conſuluit,illi em̃ dedit cuius uitam poſſit imitari,iſti uero purpurei diadema martyrij. Nam dũ bene beateq; uiueret,a quibuſdã inuidis apud ſummũ pontificẽ captus accerſitur,& poſt carcerẽ,poſt tormenta,poſt cruciat⁹is,tandẽ quũ nihil damnabile reperiſſẽt grauius inueſtigatur q̃d iure non potuerunt,iniuria perficere fortiter accinguntur,& comburendũ ſcelerato rogo cõmiſerũt.A quo prorũpis efferatę liuor Amphibalũ? Videas ne candidiſſimũ eius amphibalũ,q̃ ut nos utebatur pure cõſcientiæ teſtimoniũ eſſe? q̃ ſi non ut hominẽ uerebare,ſaltem ut magnæ matris militem ueritus eſſes.Sed tñ illum non occidiſti,nequit enim anima extingui,ſed illius terrenũ corpus uiolando feciſti,ut citius uita donaretur æterna,Huius flammas non Sceuolæ rogo,ſed Laurentij poſſe cõparari non dubito,dicant quid uelint,obſtrepant,clamitent & inſaniant,ille ſũmo uiuit olympo, ADRI.Narraſti triſte facinus ipſis qui intulerũt diu multum deplorandũ,& qui poſſet malefactoribus delicti ueniã impetrare alius Thomas non ſuperfuit,GIGO.Sed multa de hoc uiro,multa etiã de p̃dictis fratribus ſilentio p̃teriui,nõ em̃ quo pacto ipſi a monte quẽ incoluerũt,& ab eccleſia quã conſecerũt cognomen acceperunt.Dixi ſcilicet ut fratres beatæ Mariæ montis carmeli nuncupati ſint,nec ut eor⁹ priuilegia ab Alberto hieroſolymorum patriarcha condita,& ab Innocentio quarto pontifice ſũmo comprobata fuerint,ſed hæc alio tempore dicenda reſeruo, Hæc ad præſens habui quæ de uita beata dicerem, qua muniti utinam ad illam immortalem gloriam olim peruenire poſſimus.

HERMANNI BVSCHII ODA DE CONTEMNENDO mundo,& amanda ſola uirtute & ſcientia

Ipſe cum ſolus uarios retracto
Exitus uitæ ſtudiumq; noſtræ
Diſpar,& curas ſibi diſſidentes
Caſſaq; uota

Rideo partos hominum triumphos
Regium nomen,nitidamq; rubri
Littoris concham,tyrioq; pictas
Murice ueſtes
Rideo quicquid legit aſtur auri
Fertiles campos libyæ,Sabei
Pulueris fumos,Solymiq; munus
Balſama regni
Rideo merces alio petitas
Sole,roſtratis cupide carinis
Et perignoti ſinuoſa uectas
Littora ponti
Rideo thermas,celebres & arcus
Porticus,ſpectacla,natationes
Citreos orbes,niueoq; ductas
Marmore uillas
Rideo luſus,hilareſq; menſas
Et puellarem fragilem decorem
Plectra,concentus,choreas,roſarum
Sutile textum
Rideo luxum babyloniorum
Indiæ regum,Sybariticos &
Perſicos miror nihil apparatus
Delitiaſq;
Rideo lauti patinas Apici
Prandia Antoni ſimul & Vitelli
Prodigos mores,epulaſq; Martis
Pontificumq;
Mutat & carpit malefida ſors hæc
Gaudia,& quædam minuit ſenectus
Integer ſanguis,bona forma,cedunt
Omnia morti
Sola non languet ſpecioſa uirtus
Omnibus gemmis,opibuſq; maior
Viuit,& nunq; decus exoleſcit
Artis honeſtæ

TETRASTICHON BAPTISTÆ MANTVANI IN apoſtatam de ſe ipſo loquentem

Depoſui benedicte tuam,rapuiq; petrinam
Veſtem,ſic ditem fallere poſſe ratus
At mihi nil prodeſt ueſtis mutatio,nam me
Prodit caluicies & mea lingua leuis

THOMAS VVOLPHIVS IVNIOR IACOBO VVIMPHELINGIO SACRÆ PAGINÆ LICENTIATO

Saluus sis mi doctissime Iacobe, Æglogas Baptistę Mantuani (sicut audio) tradidisti Ioāni Preusz chalcographo cōmuni nostro amico, ut in mille exē plaria trāscriptę latissime diuulgent. Debet profecto tibi plurimū germana iuuentus, q̄ diligentia tua multis doctorū uirorū monumētis facta est opulē tior, Semp ēm ex officina tua literatoria aliquid depromis q̄d iuuet, q̄d dele ćter, quod linguas iuuenū reddat politiores. Ita sunt æglogę Mantuani, quæ eruditorū sententia totę sunt aureę. In quibus uidere licet id q̄d in Theocriti & Maronis carmine maxime admiramur. Ago dīs gratias nō proinde qa natus sū q̄ pro eo q̄ me nasci contigit his tpibus in quibus tot literarū prin cipes floruerunt. Ego dū Bononię ingenuis disciplinis uacarē, in ipso iubilei anno profect⁹ sū Mantuā ut Baptistā quē ex libris nouerā, corā quoq; uide rem. Id feci ductus exēplo Apollonij Thyanei, qui sicut Philostratus tradit & meminit Hierony mus opulentissima Indię regna penetrauit, & latissimo phison amne transmisso puenit ad Bracchmanas, ut Iarcham in throno sedē rem aureo & de Tantali phiala potantē inter paucos discipulos de natura, de morib⁹ ac de cursu dierū & syderū audiret docentē. Ego mi Iacobe sicut multa alia ita hoc p̄cipue q̄siui, q̄d ipse in æglogis suis intelligi desideraret p̄ Vmbrū, in cuius laudibus esset tam frequens ac assiduus. Aiebat ipse a se no tari Gregoirū tiphernū p̄ceptorē suū hoīem græcę latinęq; linguę oppido q̄ peritū, qui & uersu & prosa plurimū polluit, & qui aliq̄t Strabonis libros la tinitate donauit. Fortasse scire desideras, qua statura & forma sit ipse Mantu anus Baptista. Memoria repeto de ea re multa a nobis olim fuisse dicta, ideoq; breuiter tibi nunc satisfaciā. Scias id rectissime posse de Baptista dici q̄d Homerus & cęteri uates de Vlysse retulerūt, qui corpore paruus & for ma inde corus, sed ingenio maximus & animo specios issim⁹ fuisse perhibet, Verū est illud poeticū. Non uni dat cūcta deus, formosus ut idē. Sit simul & prudēs ac multa laude diser⁹. Q ui specie caruit, de⁹ hūc uenerabilis ornat, Viribus eloquiū q̄ fit mirent ut unū. Q uod etiā Hierony mus contra Pelagi anos erudite expressit. Dabit tibi puer meus (cui Scatinio nomē) uersiculos q̄s hic noster Mantuanus de me cōposuit, sunt quidē nitidissimi, & qui plus habeant in recessu q̄ in fronte ostendant. Epitomata tua germanica fac tan dē in lucē prorūpant, ne a maleuolis in spongiā incubuisse dicant, sicut olim Augusti cęsaris Aiax. bene uale, Argentinę cursim ex ædibus nostris sexto Kaleñ. Martij. Anno Christi millesimo quingentesimo tertio.

IACOBVS VVIMPHELINGIVS THOMÆ VVOLPHIO IUNIORI

Baptistā Mantuanū extollo, tū in poematibus suis tersis & puris, q̄ absq; ueneno a maturo p̄ceptore iuuētuti tradi possūt, Tum q̄ amor poeticę in eo nō extinguit studiū sacræ paginę & philosophię, nā ex eius libello de patien tia magnū eum & philosophū & theologū esse liquido constat. Vtinā mihi liceret uidisse & audiuisse hoīem sicut tibi licuit Thoma dulcissime, nedum hunc uidere & audire, sed & Picū Mirandulanū, Marsiliū Ficinū. Matthæū Bossum. Pomponiū Lętū, Petrū Marsū. Antoniū Codrū, & unicū p̄ceptorē tuū Philippū Beroaldū. Laudo ego ingenia italorū, qui a teneris annis bene instituti necessaria & utilia discūt. Illi nobis græcorū philosophorū immo & theologorū (sicut Chrysostomi & similiū) libros e græca lingua latinos red diderunt. Vtinā tandē apud germanos (saltē in hac urbe nostra Argētina) in dandis primis rudimētis imitemur italos, Vtinā sopiat stoliditas illorum qui puerulos casualibus & tēporalibus obtundūt, qui in grammatica circa vtōs, uerba impsonalia, appositionē, impedimenta. In dialectica uero circa uniuersale reale usq; in senium uersātur. Spero deū nobis tandē illā daturū gra tiā ut error quorundā delirantiū sacrificulorū comprimat, qui antiquæ ad huc laruę qua ipsi corrupti sunt inhęrent. Simul etiā ut insania cōpescatur cu iusdā fratricelli famam meā ubiq; lacerātis, qui pro adolescentibus apud cō munes ecclesiarum scholas prima rudimenta iam consecutis gymnasiū (q̄d pędagogium uocari solet) in hac urbe instituse, periculosum fore mētus est, Vale ex Hieremitorio diui Guillermi Kalendas Martij. Anno salutis nostrę M.CCCCCIII.

Tubingæ in ædibus Thomę Anshelmi Badensis mense Septembri, M.D.XI. Sub illustri prin cipe Vdalrico Vuirtenbergensi



